This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Stanford University Libraries
3 6105 116 940 383

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN QUADRAGESIMUM SEXTUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,
SUMTIBUS ACADEMICIS.
MCMV.

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN XIX.

MONACHII,

TYPIS DR. FR. WILD (FF. PARCUS).

MCMV.

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES
STACKS
JUL 24 1971

Praefatio.

Accipe tandem, carissime lector, monumentorum episcopatus wirziburgensis ultimum volumen, alteram seriem continens supplementorum inde ab anno millesimo duodecentesimo usque ad annum millesimum quadringentesimum datorum. Quibus colligendis pertractandisque primo E. L. B. de Oefele operam dedit; deinde vero, illo diligentissimo viro atque perdocto morte oppresso, J. Petz opus ad finem adduxit, rationem edendi haudquaquam mutans.

Jndicem personarum et locorum generalem per omnia edita wirziburgensia documenta nominatorum, quem satis diu iam praeparavimus, brevi nos in lucem emissuros speramus.

Monachii, idibus martiis anni MCMV.

Monumenta

episcopatus wirziburgensis.

I.

Anno 1097.

Emehardus episcopus parrochiam Hochheim ad monasterium s. Stephani in suburbio civitatis wirziburgensis situm donat, ut inibi sui et antecessorum suorum anniversarii agantur; praeterea ad ministerium et officium xenodochii, quod infra eiusdem coenobii muros construxerat, parrochiam Cellingen delegat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Emehardus, superna dei clemencia fauente herbipolitane sedis minister humilis. Si Christus deus pastor eternus oleo nos leticie, oleo inquam singularis gracie pre filijs hominum sibi et ecclesie uniuersali matri et sponse in ministerium pastoralis cure preelectos infulatosque unxit et sanctificauit, iustum quippe est, nobis[1]) omnino salutare, quod propter ipsum deum et saluatorem nostrum decorem domus sue in quibusque sacrosanctis ordinibus quorumuis pauperum Christi hominumque religiosorum studiosissime amplectentes amplificemus et promoueamus. Nam summa felicitas bonorum operum est, si summo deo auctori libenter ac diligenter intenti sumus seruire, quia sic ad habitacionem gloriose uite poterimus peruenire. Cunctis igitur Christi et ecclesie filijs in presenti priuilegio testamentalis tuba ueritatis ueraciter intonat, quia nimirum cupimus et optamus, ut fideles quique in fide Christi fideliter audiant et attendant, quomodo, sicut altissimo placuit deo, spiritu aure lenis leniter attactus, suauiter edoctus, ecclesiam in suburbio ciuitatis nostre in honore principum[2]) apostolorum Petri et Pauli beatique Stephani prothomartiris triumphalis signiferi honorifice constructam, diuinis seruicijs mancipatam, aliquauis ope nostre serenitati

placuit suffultam releuare nostrosque confratres Jhesu Christi pauperes, inopes, egentes, fame, siti et nuditate afflictos inibi degentes curauimus consolari et adiuuare. Parrochiam namque Hochheim cum omnibus suis pertinencijs, hoc est agris cultis et incultis, campis, siluis in collibus et in uallibus, pascuis, aquis piscosis seu in riuis seu in flumine Mogi seu in uadis ad molendina commodis et aptis cumque uniuersis decimis pomorum, olerum, frugum, fructuum, animalium,[3]) ad honorandas predictorum sanctorum reliquias cum preclaro testimonio sacri cleri populique christiani ciuitatis cumque plena coniuencia reuerendi capituli sancti ac magnifici martiris Kyliani coram testibus ydoneis liberis et ministerialibus vnice annuentibus propter eterne uite regnum nobis nostrisque antecessoribus et successoribus episcopis possidendum delegantes per manum principalis aduocati donauimus et iure perpetuo illic seruituram irreuocabiliter contradidimus. (Montem enim Rabenesburc nobis nostrisque successoribus in municionem et tutelam firmissimam ecclesie nostre excepimus.)[4]) Verumtamen hac lege talique serie hec salutaris donacio habita est atque celebrata, maxime hic corde et animo intendentes et hoc celebri sermone promulgato stabilientes, scilicet quod parrochia predicta, ut paulo ante pretaxatum est, confratribus nostris in prefata ecclesia consistentibus in subsidium et in stipendium temporalis uite perpetualiter subseruiat, quorum numerus hac beatissima ope suffultus in ordine monastico crescat et conuersacione religiosa florescat, ut tamquam beati in domo domini cum symphonia et choro tota die et nocte ymnizantes a domino deo nobis nostrisque antecessoribus ac successoribus deuotissime inplorantes perpetuum conferant subsidium. Preterea quoque hoc summo opere inuiolabiliter tenendum est, quod abbas, qui preest et presidet memorate ecclesie, nullatenus[5]) in parrochia Hocheim de omnibus prescriptis attinencijs ulli mortalium infeudare aut inuadiare seu inbeneficiari unquam presumat, neque ipsam parrochiam alicui locare aut dimittere audeat, nisi ei, qui proculdubio in propria persona ibidem habitare uelit et ualeat populumque parrochitanum catholice in hijs, que sunt ad deum et ad salutem animarum,

docti aliter instruat, gubernet et regat atque fratribus fide ac deuocione deuotissime subiaceat et subseruiat. Et quomodo nobis nostrisque successoribus eterne uite premium hac deo deuota et utique gratuita donacione preparari speramus, sub potestate et inuiolabili auctoritate altissimi dei hoc precipue ordinamus et disponimus, quod abbas nequaquam quemuis aduocatum super bona aut super populum in eadem parrochia uel accipiat aut esse sustineat, qui, ut solent iugiter, eadem bona uelud uentus urens excdat, deuoret et absumat populumque angaria uel perangaria millenisque precarijs insaciabiliter atterat et obprimat, ipse uero omne iudicium et insticiam libere habeat et possideat atque potenter excolat et exerceat et, si forte grauis uiolentaque controuersia emerserit, continuo nos indubitanter adiens et promptissimo suffragio nostro adiutus edomet, reprimat et corrigat. Statuentes igitur firma stabilitate indissolubiliter solidamus, quatenus ipsi fratres in prefata ecclesia constituti in uigilia sancti Mychaelis archangeli ob honorem summi dei regisque seculorum pro salute et requie omnium animarum plena fide et deuocione uigiliarum missarumque sollempnia omnes uniformiter in commune celebrare studeant, in quibus et nostram nostrorumque antecessorum salutarem recordacionem annualiter agant, eisque ob laboris sanctique seruicii releuacionem abbas suique prouisores eodem die in refectorio preter solitam prebendam plenum seruicium ex eisdem bonis parrochie deuoti persoluant sicque pro utroque laudabili mynisterio post uite sue terminum perhennem consolacionem nobiscum uterque [6]) indubitanter percipiant.

Siquidem hijs negocijs probabiliter celebratis aliud sollempne factum in presenti priuilegio adiungere curauimus, scilicet quod sancta intencione beataque deuocione inductus xenodochium, hoc est hospitalem domum pauperum, infra muros ciuitatis prope capellam beate Margarete uirginis exstruximus et quibusque [7]) bonis, hoc est in predijs et in uinetis [8]) locupletare atque amplificare studuimus, in quo minime profecimus, quia prochdolor a prouisoribus inibi constitutis pauperes ac debiles illuc aduenientes desolati et [9]) uoce iniuriosa contristati tamquam demonice pha-

langes teretibus phalangis duratisque fustibus cedebantur cesique miserabiliter expulsi abinde eiciebantur. Qui dum queruloso strepitu nostras adeuntes edes nostraque gregatim terentes limina singultuosis uocibus et nostras et omnium creberrime atque egerrime replessent aures, merito nos omnes pusilli et magni commoti propter euidentem necessitatem ipsum xenodochium summo deo ordinante infra muros prefati cenobij feliciter construximus. Hoc nempe facto considerantes, ne fratres nostri ibidem commorantes ampliori dolore aut labore afficerentur, parrochiam Cellingen cum omni iusticia ac proprietate, cum dote ac cum decimis per omnes terminos suos, cuncto sacro clero populoque christiano ciuitatis applaudente ac fauore pleno affectante, ad sacras reliquias principum apostolorum, que in prefata ecclesia digne uenerantur, irreuocabiliter delegantes iure perpetuo illic seruituram donauimus. Hec autem lex et hec benignissima series in hac donacione canonice atque catholice habita est et celebrata, uidelicet quod abbas ut fidelis dispensator domus dei idem xenodochium, hoc est domum pauperum, ex bonis parrochie Cellingin edificijs honestis et congruis tamquam habitacionem dei disponeret atque ordinaret vnumque e fratribus suis ordine presbyterum uita beatum et conuersacione[10]) senem ac placidum in ministerium[11]) et officium xenodochij destinaret, qui officiose uespere et mane et meridie, quemadmodum Christus deus uoce propria uelud inperiosa tuba docet, monet et imperat, agiliter exeat, pauperes quosque et debiles, scabidos[12]), famidos[13]), turgidos et thabidos querat et colligat collectosque in humeris atque in lecticis in xenodochion gestare non negligat ibique consolandos, recreandos refouendosque fore collocet ac defunctos sepelire non cesset. Quoniam hiis beneficiencijs et hostijs placari potest deus merito et iure diuino, super diuicias Cresi superque deliciosam aulam babilonici regis uelud altum cenaculum cum principe apostolorum[14]), uisionem diuinam uisurus, hospitalem domum pauperum de predicta parrochia edificare edificatamque amplificare constituimus, in fide sanctorum sperantes, nos et nostros tam successores quam antecessores per hoc posse domino saluatori nostro Jhesu Christo sueque genitrici perpetue

uirgini Marie deuotissimum prestare obsequium nobisque in celesti curia eterne uite perpes adoptare regnum. Has igitur sacras donaciones in presenti testimonio[15]) conscriptas et pragmatica sanctione canonizatas et canonice priuilegiatas reuerenda apostolice sedis et nostri officij auctoritate confirmamus easque sacro sigilli nostri caractere uelud eterna clausura posteris corroboramus ea uidelicet lege, ut, si quis tam salutaria facta uiolare aut inmutare presumat, eternos ignium calores et infernales niuium anathema maranatha in eternum subeat algores.

Testes: abbates Ezo, Albrich, Adelger, Ruprecht[16]); clerici Otto prepositus, Vdalricus decanus, Wezel, Gebehart, Cunradus prepositus, Boppo cantor, Cunrad, Adelbreht, Gundram, Burkart, Reinolt, Heinrich, Fridehalm, Liutwin; liberi Heinrich comes, Gozwin comes, Gotebolt prefectus, Wolfram et frater eius, Craft, Ruprehť; ministeriales Richolf, Engelbreth, Iring, Eberer[17]), Rupreht, Dieterich, Billung, Eberhart, Bern, Arn, Herman, Eispreht; alijque plures.

Acta[18]) anno dominice incarnacionis M°LXXXXVII, Heinrico IIII° regnante, judiccione VIII^a[19]).

Ex libro copiali Lupoldi de Bebenburg (Standbuch num. 2 archivi regii wirziburgensis) pag. 299—304, adhibitis duobus apographis, quae in Standbuch num. 220 pag. 191—195 (= A) et in Standbuch num. 644 fol. 301—302' (= B) eiusdem archivii repperimus, et versione germanica in literis a. 1394, die 20. junii datis, quas infra sub numero CCCXXXIV edemus.

¹) In A et in B „nobisque". ²) Ex „principis" correctum est. In B: „principis". ³) Hic sequitur in A „preter montem Rabensberk" et in versione germanica „ausgenůmen des berges Rabensburg". ⁴) Desunt haec verba uncinis inclusa in A; in B autem in margine legimus adscriptum „hec uerba in originali non habentur"; neque inveniuntur in versione germanica. ⁵) Hic sequitur in A „quicquam". ⁶) In A et in B „vtique". ⁷) In B „quibusuis". ⁸) In A „iumentis" pro „in uinetis". ⁹) Deest „et" in A et in B. ¹⁰) A et B: „uita et conuersacione beatum". ¹¹) B „monasterium" pro „ministerium". ¹²) A „scabiosos". ¹³) Ex „fabidos" correctum est. ¹⁴) In A hic sequitur verbum „conscendens". ¹⁵) A „testamento". ¹⁶) Hic sequitur in A „prepositus". ¹⁷) A „Eber". ¹⁸) B „Acta sunt". ¹⁹) A „septima" pro „VIII^a".

II.

Anno 1159.

Gebehardus episcopus beneficium in Houesteti et Spurcaha, a comite Ludowico de Rienekke resignatum, ad postulationem fratrum de Schonrein delegandum Cunrado de Tungidun aliisque commisit et bona in Wisentfelt, Zigenbach, Massenbuch, Wernifelt, Karoldesbach, Hessidorf, Sigifridesburg et Recibach, a dictis fratribus ecclesiae wirziburgensi assignata, eidem comiti beneficiali iure concessit.

C. Jn nomine sanctæ et jndiuiduę trinitatis. Gebehardvs dei gratia sacrosanctæ wirzibvrgensis ęcclesiæ humilis minister. Si ea, quę ad tranquillitatem et pacem ęcclesiarum dei spectant, pro posse nostro promouere diligenter intendimus, ministerium diuina nobis dignatione, licet indignis, creditum non solum adimplemus, uerum etiam aliquam per hoc in ęterna requie partem nos habituros speramus. Quapropter notum sit omnibus, tam presentibus quàm futuris, Christi fidelibus, qualiter uenerabiles fratres et dilecti filij nostri in Schonrein sepe ad nos uenientes conquesti sunt, quod multas iniurias multaque incommoda ab adiacentibus sibi locis Houesteti et Spurcaha, quę uidelicet comes Ludewicus de Rienekke ab ecclesia nostra in beneficio habuit, frequentius pertulerint. Quorum necessarias querelas clementer admittentes, eorum paci fauorem ac patrocinium prestare congruum duximus deoque annuente et sano fidelium nostrorum consilio annitente egimus, quatinus idem fratres predium suum in Wisentfelt, una curti excepta, et quinque iugera uinearum in eadem uilla et quicquid habebant in Zigenbach et in Massenbuch et in Wernifelt et in Karoldesbach et in Hessidorf et partem in Sigefridesburg et in Recibach ęcclesię nostrę assignarent, prefato comiti lege concambij a nobis in beneficio prestanda, ipsique beneficium eiusdem comitis in Houesteti et Spurcaha preter unum mansum in proprium ius ęcclesię suę

reciperent. Predictus siquidem comes constituit et confirmauit, ut idem fratres de memoratis bonis dimidium talentum sibi annuatim in festo sancti Martini exsoluant et de cętero nullam penitus, uel ab ipso uel suis successoribus seu quolibet ab eis misso, exactionem uel grauamen sustineant. Denique idem beneficium, ab ipso nobis resignatum, suscepimus et per manum comitis Berhdoldi, urbis prefecti, sub fiduciaria manu Cunrado de Tungidun, Heinricho de Trimperg, Berngero de Binezfelt et Cunrado de Buchelun ad altare sanctę Marię sanctique Johannis ęuangelistę, cum idem fratres postulauerint, delegonda[1]) commisimus bonaque ipsius ęcclesię ab ipsis suscepta memorato comiti beneficiali iure concessimus. Que utriusque concambij tam rationabiliter facta conuentio ut firma in perpetuum perseueret, presentem cartam super his conscriptam sub impressione presentis sigilli nostri roboramus et testibus, qui interfuerunt, confirmamus, perpetuo anathematis uínculo obligantes, quicunque hęc aliqua occasione temere immutare presumpserit.

Nomina testium: Arnold et Gerhard, filij comitis Ludewici, Bobbo de Trimperc, Heinrich de Stekkelberc, Gerhard de Kelberôwa, Friderich de Buchela, Billungus uicedomnus, Billungus tribunus, Jring et Wolfram de Zabelstein, Dietherich de Karleburc, Eggihardus Rufus, Eggihard de Karoldesbach, Godefrid de Ostheim, V̊to et Reginhard fratres, V̊dalrich, Wignant, Dietherich de Westheim, Godebreht de Wisintfelt, Rubbertus, Godefrid, Gunzelin de Spurcaha et filii eius Brunine et Lůdewig.

Acta sunt hęc anno dominicę jncarnationis millesimo centesimo L°VIIII°, indictione VI.[2]), regnante jnuictissimo Romanorum jmperatore Frederieho augusto, anno jmperii eius IIII°[3]), Berholdo comite, Ludewico aduocato, venerabili Hirsaugiensium abbate Manigoldo.

[1]) Sic pro „delegandum". [2]) Hic indictionis numerus, anno indicato non congruens, atramento nigriori scriptus est. [3]) Hic quoque numerus atramento nigriori scriptus est.

Sigillum episcopi impressum (conf. Heffner, Fränkisch-Würzburgische Siegel pag. 29, sub num. 25[1]) mediocriter conservatum est.

III.

Circa annum 1160.

Canonici sancti Kiliani de domo a praeposito de Wechtirswinkil pro parte decimae in Hybestat predium in Barchdorf recipiunt.

Ego Heroldus wirceburgensis prepositus patrocinante deo et uniuersi fratres canonici sancti Kyliani de domo petitione dilecti prepositi de Wechtirswinkil Berchtrammi decreuimus, inter nos concambium fieri, et placuit, predium in Barchdorf situm recipere pro quadam parte decimę in Hybestat, Wernhero parrochiano consentiente. Huic pactioni beniuolo animo, ut decet, annuentes, ratum et irrefragabile esse uolumus et, ne umquam aliquo possit labefactari incursu, sigilli nostri confirmamus intuitu. Nouerit igitur tam presentis temporis ętas, quam futuri posteritas, nulli temerare esse licitum, quod a nobis est rationabiliter sancitum. Si quis autem reprobo spiritu hanc nostram conpactionem infirmare molitur, de tabernaculo dei euellitur et extraneus a consortio sanctorum seuissimo tradetur exactori ab eoque in puteum abyssi mittetur, ubi uermis eius non morietur et ignis non extinguetur.

Huius rei testes sunt: Heroldus[1]) prepositus de domo, Richolfus, Sigelous, Reinhardus, Heinricus Reizo, Wecil, Adalbertus de Hovgo et ceteri canonici de domo.

[1]) „Heroldus prepositus — canonici de domo“ alio atramento scripta sunt. Sigillum impressum nunc deest.

IV.

Anno 1165.

Heroldus episcopus commutationem decimarum in Adelstorf aliisque locis atque bonorum in Eskinbach aliisque locis, inter ecclesiam halesbrunnensem et parrochiam Erlbach factam, confirmat.

† C. Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heroldus dei gratia wirzeburgensis ęcclesię episcopus omnibus regeneratis in Christo salutem in ipso. Justum quidem est et deo dignum, si creditę nobis dispensationis ministerium honoremus pauperum Christi necessitatibus communicantes eorumque iustis petitionibus pię assentientes, ut, quod meritis propriis non ualemus, ipsorum, qui in lege domini meditantur die ac nocte, sanctis orationibus assequamur. Licet enim generaliter omnibus pie in Christo uiuentibus in ratione dati et accepti communicare debeamus, specialiter tamen dilectos fratres halesbrunnensis cenobii admittendos esse decernimus, tum pro communi debito caritatis, tum etiam intuitu reddendę uicissitudinis, quippe barrochiam Hasela, dum eis asscriberet iusticia, ęcclesię nostrę titulo addixerunt et possidendam iure perpetuo tradiderunt, ut tanto fidentiores ad nos confugerent, ubi res exigeret et oportunum foret. Huius rei non inmemores scripto hoc significamus tam presentis etatis hominibus, quam generationi omni, quę uentura est, de commutatione decimarum inter ecclesiam halesbrunnensem et nostri iuris barrochiam Erlbach, annuentibus, promouentibus, confirmantibus ratumque hoc habentibus predecessoribus nostris pię memorię Enbricone, Gebehardo[1]) et Heinrico episcopis. Jlli autem si quid inperfectum in hac conuentione reliquerunt, unde irritum haberi posset in posterum, quod factum fuerat, nos auctore deo suppleuimus et precautum reddidimus,

memorie commendantes, quod annuente effectumque inpendente Heinrico episcopo, cui diuina fauente clementia successimus, Gebehardus comes de Sulzbach, cum predictam barrochiam in beneficio haberet eademque Otnandus de Eskennowe ab eo inbeneficiatus esset, petitione et interuentu Nicolai halesbrunnensis abbatis Otnandus Gebehardo comiti, comes item ipsi resignauit episcopo eiusdem feneficii [2]) decimas Adelstorf, Katerbach, Berbach et unius mansi in Schöhesbach et duarum partium cum quarta parte alterius mansi in Gerbotendorf, reconpensatione conpetenti ab abbate et fratribus redonata et ab utriusque partis inspectoribus approbata, concurrentibus uotis barrochiani et aduocati, sicut oportebat in negotio tali. Lege igitur concambii et iustę commutationis recepit ecclesia nostra Erlbach loco predictarum decimarum per manum Rabotonis comitis de possessionibus halesbrunnensis ęcclesię predium in Eskinbach et partem nemoris et aliud in Bulzeshaim cum suis appenditiis, mansum unum et alterius quartam partem in Neuseze, mansum in Sluresbach, mansum in Brunnen, delegatis eidem comiti redemptis, ut dictum est, halesbrunnensium prediorum decimis, ęcclesię sanctę Marię in eodem loco delegandis, Heinrico episcopo annuente et negotium promouente. Jlle autem quia morte preuentus causę huic supremam manum inponere fineque debito nequiuit terminare, nos diuina opitulante clementia uicem illius super hoc facto et uoluntate et actione supplere curamus factumque approbamus. Quod concessit, concedimus, quod firmare decreuit, firmamus. Quocirca, ut obstruatur os loquentium iniqua et maliuolorum omnium, huic predecessorum nostrorum concessioni nostręque humilitatis deuotę confirmationi obuiare querentium, callida nocendi remoueantur argumenta, rem gestam literis annotauimus et sigilli nostri inpressione roborauimus, presentiam testium astantium assignantes.

Quorum hęc sunt nomina: Richolfus prepositus maioris ęcclesię, Persius decanus, Reginhardus prepositus, Adelbertus custos, Bertholdus prepositus, Johannes magister scolarum, Godefridus cantor, Cônradus cellerarius, Sigefridus; liberi: Raboto

comes de Abenberch et filii eius Cônradus et Fridericus, Adelbero de Tagenstetin, Adelbertus et Berengerus de Binnizfelt, Otto, Marcwart de Grumbach, Marcwart de Grassulce, Wolframmus de Scalkehusen; ministeriales: Billunc uicedomnus, Heinricus et Billungus sculteti, Godeboldus et Godefridus, Heroldus camerarius, Jringus de Zabelstein, Hartmôth de Biscoffeswinedn, Wolframmus de Bôzenesheim et Cônradus.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M. C. LXV., jndictione XII., regnante inuictissimo Romanorum imperatore Friderico, anno XIIII. imperii eius, Boppone existente urbano comite.

[1]) Conf. literas ab eo a. 1157 datas, quas Monumentorum boicorum volumine XLV, pag. 23—24 edidimus. [2]) Sic pro „beneficii".
Sigillum impressum nunc deest.

V.

Anno 1178.

Regenhardus episcopus decimam in Albstat et Haselbrunnen, a Conrado burgrauio de Nurenberg resignatam, cellensi ecclesiae possidendam tradidit.

† C. Jn nomine sanctę et indiuidvę trinitatis. Regenhardus dei gratia wirzburgensis ęcclesię humilis minister. Justis bonorum uotis equis concurrere studiis, constat esse specimen boni prouisoris. Vnde nos, qui diuina fauente clementia positi sumus in ecclesię specula, uigiles oculos circumquaque ferentes uidere, sicubi pro nostro posse bonę uoluntatis nostre possemus exercere studia, quibus et animę nostrę conquireremvs suffragia precedentiumque necnon subsequentium amicorum diuina prestarentur solatia: inuenimus ergo in dilecta nobis cellensi ęcclesia[2]) negotium a beatę memorię Heroldo episcopo, predecessore nostro, iniciatum, sed, ipso morte preuento, nequaquam perfectum. Noti-

[illegible]

[illegible] fratrum,
[illegible] in Albstat
[illegible] ipsis
[illegible] comparare
[illegible] Nurenberg fuit
[illegible] ab ipso
[illegible]
[illegible] quam-
[illegible]
[illegible] hec
[illegible] redonit.
[illegible] et decimam
[illegible] recepit.
[illegible] con-
[illegible]
[illegible] per-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Facta sunt hęc anno dominicę incarnationis millesimo C^mo^ LXX^mo^ VIII°, jndictione VII^a^ [3]), regnante gloriosissimo Friderico Romanorum imperatore, Boppone urbano comite existente.

[1]) Conf. literas a. 1170 ab Heroldo episcopo datas, quas Monumentorum boicorum vol. XLV, pag. 38—40 edidimus. [2]) Sic or. [3]) An perperam scriptum pro „XII^a^"?

Sigillum impressum nunc deest.

VI.

Anno 1189.

Gotefridus episcopus cum Bertha abbatissa Kizzingen Liugardis et Helmerici, ministerialium ipsorum, liberos dividundos condixit.

C. Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gotefridus dei gratia wirceburgensis ecclesię episcopus. Quoniam ex antiquitate nascitur obliuio et ex obliuione ignorantia, jdeo ea, que inter homines disponuntur, testimonio scripturarum noticię posterorum sunt relinquenda. Nouerint igitur omnes Christi fideles, tam presentes quam postfuturi, hominem quendam de Lancheim Helmericum nomine, ministerialem ecclesię in Kizzingen, cum Liugardi filia Henricj de Burcheberach, ministeriali ecclesię nostrę legitimum contraxisse matrimonium; et ob hoc nos cum domina Bertha, uenerabili abbatissa in Kizzingen, consedisse et cum consensu et uoluntate domini Ottonis babenbergensis episcopi et cum coniuentia dominarum in Kizzingen, adhibito utrobique prudentum et fidelium nostrorum consilio, nos in hunc modum condixisse, conpromisisse, firmissime statuisse: Si prefatus Helmericus ex prefata Liugardj liberos sit habiturus, unus ex illis a nobis eligatur et alii equaliter inter wirceburgensem et kizzingensem ecclesiam diuidantur; hoc adiecto et statuto, quod tam mater quam pueri

eius in omnibus patris ipsorum beneficiis et prediis equalem diuisionem sint accepturi. Vt autem hoc condictum, hoc conpromissum, hoc statutum ratum et inuiolabile permaneat, hec cartula sigilli nostri inpressione et testibus subscriptis corroborata est et conmunita.

Jsti sunt testes, clerici: Albertus maior prepositus, Gotefridus decanus, Gotefridus cantor, Teodericus prepositus de Onoldesbach, Gotefridus scolasticus, Sigelohus prepositus, Henricus de Nuwenburc; laici: Henricus de Bilriet, Henricus de Hohenloch, Engelhardus de Bibelriet, Wolframus de Brozoldeshein, Cunradus de Zabelsteim, Heroldus camerarius, Heroldus Rufus, Hermannus marscalcus de Stocheim et alii quam plurimi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M° C° LXXX° nono, jndictione VII^a, jmperante Friderico gloriosissimo Romanorum jmperatore et semper augusto, regnante quoque Henrico rege illustrissimo, Bopone comite.

Sigillum episcopi (Heffner l. c. pag. 33—34, sub num. 33 et tab. IV, sub num. 2) impressum mediocriter conservatum est.

VII.

[1189] die 1 maji.

Designatio eorum, quae Godefrido episcopo recedenti remanserunt et restiterunt, vel ab eo debita sunt.

Episcopo recedente in festo sanctę Walburgis remanserunt ei quingenta quinquaginta v maltra tritici, tam in ciuitate, quam in castris.

Siliginis uero mille quadringenta mal., v minus. Jnsuper centum, que debet uidua[1]) de Wilberc.

De auena quadringenta nouem mal.

De uino centum septuaginta due carrate, tribus urnis minus, et restant iiii^{or} car. de petitione in Randisaker.

Carrata medonis, urna et dimidia minus, et iii urne mellis.

De carnibus remanserunt centum et xxx due berne.

Hec sunt preter reditus Lambach.

Tagedeinest restant episcopo centum lib., tribus minus, et v unc[ie].

Jn aliis reditibus episcopatus restabant quinquaginta iiii^{or} lib. et xii den.

De promissis et acquisitis quadraginta iii lib. et l den.

De iudeis xx marce.

De mercatoribus jn ciuitate octuaginta lib.

Boto centum marcas.

Ekehardus scultetus fideiussor pro quinquaginta marcis.

Hettingisuelt quadraginta marce.

Marchio Dedo[2]) quadraginta iii mar.

Prepositus Theodericus xxx^{ta} mar.

Summa quingentæ et sexaginta una lib.

Preter hec restat moneta et teloneum in Hohinberc.

Debitum Lodiuici pro episcopo sexaginta ii lib. et xl den.

Debitum Wernheri quadraginta octo lib.

Preposito Olrico xl marce.

Pro predio Frederici quinquaginta vi mar.

Wernhardo v mar.

Franconi xx mar., dimidia minus.

Preterea seruiendum est dominis de prepositura usque ad nouum annum.

¹) Laurentius Fries in sua episcoporum wirziburgensium chronica, nescio quo iure, pro „uidua" habet „Rudolphus". ²) Cognomine Pinguis, inde ab anno 1185. Lusatiae inferioris marchio, mortuus anno 1190.

Sigillum Godefridi episcopi, idem ac in literis proxime antecedentibus, fascia membranacea maiorem partem appendet.

VIII.

1232, mense decembri.

Hermannus episcopus venditionem mansorum in Spiezesheim, a Bertoldo de Spiezesheim fratribus de Eberah factam, ratam habet, aliis mansis in Spiezesheim a Bertoldo ecclesiae wirziburgensi recompensatis.

Jn nomine domini, amen. Hermannus diuina miseracione herbipolensis episcopus. Tanta nobis ex officio pastoralis nostre dignitatis circa subiectos debet inesse benignitas, ut religiosos quosque fouere ac contra malignancium insidias premunire modis omnibus studeamus. Nouerint igitur vniversi, tam presentes quam postfuturi, quod fidelis noster Bertoldus de Spiezesheim comnita manv vxoris sue ...... et cum consensu puerorum suorum pro xxxvj marcis argenti vendidit fratribus de Eberah tres mansos suos proprios sitos in villa Spiezesheim et tres alios ibidem, quos a nobis iure possedit feodali, accedente nostra connjvencia et consensu, in manus nostras ipsos mansos reconsignans et per tres alios eque bonos et proprios, quos pater suus a Ruperto comite de Kastele comparauit, qui fuisse dicuntur Alhalmj, sitos in eadem villa Spiezesheim, nobis et nostre ecclesie recompensans. Nos itaque ad instantiam dictj B. ipsam vendicionem gratam et ratam habentes, dictis fratribus presentem paginam exinde scriptam duximus concedendam, cum robore sigillj nostri firmiter communitam. Eorumdem mansorum uenditorum salamannj sunt Thiemo de Vrheim et Hartmudus de Seerenberc.

Testes autem sunt hij: Albertus cellerarius, Arnoldus frater suus de Zabelstein, magister Waltherus de Tannenberc, canonicus herbipolensis, Heinricus de Brozolsheim, Cunradus Blumelin,

Walpertus Torso, Fridericus de Crentse, Gotefridus camerarius, Gotefridus magister monete, Arnoldus de Brunna, Cunradus de Culmina, Sifridus filius suus, magister Hermannus scriptor, Heinricus notarius.

Acta sunt hec anno domini M° CC° XXXIJ., jn mense decembris, jndictione VJ., episcopatus nostri anno octauo.

Sigillum episcopi, eiusdem fere typi, quem Heffner l. c. pag. 38, sub num. 43 descripsit, fascia membranacea appendet mediocriter conservatum.

IX.

1233, die 9 novembris.

Hermannus episcopus mansos feodales in Spiezesheim, a Friderico de Spiezesheim ecclesie eberacensi venditos, huic in proprietatem dedit, bonis Friderici in Garnestat in recompensationem feodi acceptis.

Jn nomine domini, amen. Hermannus dej gratia herbipolensis ecclesie episcopus. Ea, que geruntur in tempore, cum tempore ne labantur, consweuit modernorum discretio uoce testium et scripti patrocinio perhennare et ad noticiam transmittere futurorum. Nouerint igitur tam future posteritatis homines, quam presentes, quod dilectus fidelis noster Fridericus de Spiezesheim, cum quatuor mansos sitos aput villam Spiezesheim, quos ab ecclesia nostra in feodo possedit, ecclesie eberacensi pro proprietate uendidisset et ipsam vendicionem per manus nostras, secundum quod inter ipsos compromissum fuerat, confirmare deberet, jn presencia nostra constitutus humiliter postulauit, vt idem factum ratum habentes dignaremur de nostre beneuolencie gracia confirmare; assignans ecclesie nostre in recompensacionem octo feoda piscarie aput Garnestat, que proprietatis nomine possedit, eciam tres mansos proprios jbidem, quos in manibus nostris dedit et ecclesie nostre loco premissi feodi assignauit.

Nos igitur postulacionibus suis fauorabilj concurrentes assensu, acceptis bonis premissis in recompensacionem feodi, videlicet iiij mansorum, ipsos iiij mansos in proprietatem dedimus et tradidimus ecclesie eberacensi, super hac tradicione nostra eidem ecclesie presentem paginam in testimonivm concedentes, ne dubietatjs scrupulus jn posterum alicuj oriatur.

Huius rei testes sunt: magister Hermannus scriptor, comes Rupertus de Kastele, Theodericus de Hohemberg, Hertwicus magister coquine, Walpertus Torso sacerdos, Marquardus Cruso, Alwicus de Rotenburg et alij plures.

Actum anno domini millesimo CC° XXX° tercio, V. jdus nouembris, jndictione VIJ., episcopatus nostri anno nono.

Sigilli episcopalis filis sericis flavi, rubri et viridis colorum suspensi particula tantum remanebat.

X.

1237, mense martio.

Hermannus episcopus mansos feodales in Spiezesheim, a Bertoldo de Spiezesheim ecclesiae eberacensi venditos, huic in proprietatem tradit, castro in Spiezesheim cum pomerio a Bertoldo in restauro accepto.

Jn nomine domini, amen. Hermannus dei gratia herbipolensis episcopus. Nouerint vniuersi huius pagine inspectores, quod fidelis noster Bertoldus de Spiezesheim decem mansos in Spiezesheim, quos a manu nostra in feodo tenuit, ecclesie eberacensi pro lx marcis argentj uendidit de nostra coniuencia et consensu et ipsos nostris manibus resignauit. Nos autem ob dilectionem ipsius Bertoldi et ob predicti cenobij commodum et profectum ipsos mansos in proprietatem iam dicto monasterio tradimus et donamus, presens scriptum super hoc eidem ecclesie concedentes. Preterea dictus Bertoldus proprietatem suam, vide-

licet castrvm suum in Spiezesheim et pomerium ante castrum situm, manu coadunata vxoris sue Gisele in restauro in proprietatem ecclesie nostre dedit. Nos autem ad peticionem ipsius Bertoldi eidem concedimus, ut si jnfra tres annos restaurum aliud nostre ecclesie assignauerit, castrum cum pomerio proprium sibi et suis remaneat et seruetur, alioquin castrvm et pomerium nostra ecclesia in proprietate perpetuo possidebit, ita tamen, quod Bertoldus et sui heredes idem teneant iure feodali.

Testes: Arnoldus custos maioris ecclesie, magister Eberhardus scriptor, Gotefridus camerarius, Johannes pincerna, Theodericus de Houstrou, Wolframus Schakan, Thiemo de Vrheim, Lutfridus de Spiezesheim.

Acta sunt hec anno domini M°CC°XXX. septimo, jn mense j [1]) marcio, jndictione X^{a}, episcopatus nostri anno XII°.

[1]) jntrante?
Sigilli episcopalis filis sericis flavi, rubri et viridis colorum suspensi, at diffracti tres partes maiores remanebant.

XI.

[1237] die 3 junii.

Capitulum maioris ecclesiae decimae feodali in Himelstat a Ludewico de Northeim monasterio Celi porte venditae et per episcopum huic appropriatae assentitur, proprietate in Gundersleibe a Ludewico in restaurum ecclesiae herbipolensi resignata.

Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto prepositus, Arnoldus decanus totumque capitulum maioris ecclesie herbipolensis omnibus in perpetuum. Actiones humane scripture testimonio fulciuntur, ne ea, que geruntur utiliter, interueniente obliuionis caligine, malignorum studiis calumpniam paciantur. Nouerint igitur uniuersi, tam presentis temporis quam futuri, quot Ludewicus miles de Northeim decimam in uilla Himel-

stat, quam iure feodali longo tempore iam possedit, cuius proprietas ad nostram spectat ecclesiam, de consensu dominj nostri episcopi et nostro uendidit monasterio Celi porte, eandem manibus domini episcopi resignando. Quam dominus noster episcopus sibi a dicto milite resignatam ad ipsius instanciam et ad predicti monasterii commodum et profectum contulit eidem monasterio proprietatis iure libere possidendam. Nos quoque, multa obsequia a prefato milite nobis et ecclesie nostre sepius exhibita ad memoriam reuocantes, ob dilectionem et fauorem eiusdem militis necnon et memorati monasterii uendicionem predicte decime ratam habere uolentes, de communi consensu renunciamus plenarie omni contradictioni et iuri nobis siue ecclesie nostre in eadem decima quomodolibet competenti, omnem proprietatem eiusdem decime, nostre attinentem ecclesie, ut dictum est, pleno iure predicto monasterio conferentes. Et ne super hiis aliqua possit in posterum occasione quacumque dubitacionis calumpnia suboriri, presentem paginam, approbationis et consensus nostri testem, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Predictus quoque miles cum heredibus suis proprietatem suam in Gundersleibe in restaurum predicte decime nostre ecclesie resignauit.

Huius autem rei testes sunt: Arnoldus decanus, Fridericus cantor, Arnoldus custos, Albertus cellerarius, Arnoldus frater eiusdem, Gotefridus de Sweger, Engelhardus de Lobenhusen, Fridericus de Grindelach, Burchardus de Hebersberc, Marquardus de Kastele, Heinricus de Stubewege, Gotefridus Kiselingus, Marquardus de Winsberc, canonici maioris ecclesie; Reinboldus scolasticus, Hermannus scriptor, Eberhardus, canonici Noui monasterii; fratres predicatores: Cunradus de Erphordia, Cunradus Tachrot, Wolframus; laici: Otto Wolfeskele, Lambertus et Gotefridus de Witolzhusen, Cunradus de Heidenheim, Volcmarus de Dornheim, Heinricus magister coquine dominorum.

Datum IIJ nonas junij.

Sigilli capituli maioris ecclesiae filis sericis rubri et flavi colorum suspensi pars maior remanebat.

XII.

1240, mense majo.

Hermannus episcopus ecclesiae sancti Stephani wirziburgensi ius advocaticium super bonis eiusdem in Hochheim, a Cv̊nrado de Linach redemtum, pignoris nomine concessit.

Jn nomine sancte et indiujdue trinitatis. Hermannvs dei gratia herbipolensis episcopus omnibus presentem litteram inspecturis salutem in domino. Cum sit labilis hominum memoria et caduca, consuetum est, ut ea, que fiunt et tractantur, scripture testimonio confirmentur. Nouerit igitur presens etas ac successura posteritas, quod, cum dilectus in Christo Fridericvs abbas ecclesie sancti Stephani uideret, per importunitates aduocatorum ecclesijs uniuersis plurimum deperire, quinimmo uerius ecclesias annullarj, ad nostram accedens presentiam petijt, quod super bonis ecclesie sue in Hochheim, que propter aduocaticij iuris exactionem nimiam quasi iam deserta uidebantur, sibi et ecclesie sue consulere dignaremur. Nos ergo, sanctum ipsius et laudabile propositum attendentes, consuluimus, ut pro uexatione sua subleuanda, in dictis bonis habita et habenda, ius aduocaticium redimeret quoquomodo. Salubribus itaque nostris consiliis adquiescens, omne ius aduocaticium, quod Cv̊nradus de Linach miles in ipsis bonis[1]) Hochheim a nobis nomine pignoris habuit uel habere uidebatur, redemit de nostra uoluntate, datis quadraginta quatuor marcis argenti memorato Cv̊nrado de Linach, quas idem Cv̊nradus coram nobis confessus est se recepisse. Dictam

denique aduocatiam in ipsis bonis Hochheim per Cvͦnradum in nostris manibus resignatam totam et integram memorato abbati et ecclesie sue de consensu capituli nostri concessimus, quam ipse abbas et successores sui nomine pignoris, cum eis de iure hoc sit licitum, possidebunt. Et quandocumque per nos uel successores nostros date fuerint sepedicto abbati aut successori suo, vel ecclesie sancti Stephani quadraginta quatuor marce argenti, nos aut successores nostri ex tunc ad defendendum iura ecclesie sancti Stephani et possessiones eius iure aduocaticio, sicut antea, libere potiamur. Jn cuius facti testimonium presens scriptum desuper fieri iussimus et sigillorum nostri et capituli nostri munimine roborari.

Huius rei testes sunt: Otto prepositus, Gôtfridus decanus maioris ecclesie, Hermannus decanus Noui monasterij, Fridericus cantor, Arnoldus custos, Albertus cellerarius, Engelhardus prepositus in Muckestat, Fridericus de Grindelach, archidiaconus, Gyso de Jaza, archidiaconus, magister Waltherus, archidiaconus, Marquardus prepositus in Onoldisbach, Albertus prepositus in Orengôwe, Theodericus de Appolde, portenarius, Heinricus de Stubewege, Arnoldus frater cellerarij, Gôtfridus de Bastheim, Burchardus de Ebersberch, Eberhardus de Maspach, Boppo de Trimperch, Cvͦnradus de Telheim, herbipolenses canonici, Eberhardus Noui monasterij scolasticus, Otto maior plebanus, Bertoldus plebanus in Hochheim; laici: Cvͦnradus de Brunecke, Walpertus scultetus, Ekkehardus Pullus, Cvͦnradus Torso et alij quam plures.

Actum anno domini M° CC° XL^{mo}, in mense maij, episcopatus nostri anno quintodecimo.

[1]) Hoc verbum iteratum est.

Sigillum episcopi — eiusdem fere typi, quem Heffner l. c. pag. 37, sub num. 41 descripsit — et sigillum capituli filis sericis flavi et rubri colorum appendent mediocriter conservata.

XIII.

Anno 1240.

Capitulum maioris ecclesiae ius in molendino super Blecaticam, a Heinrico officiato suo monasterio sancti Stephani venditum, reservato sibi oblationis iure, eidem monasterio concessit.

Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis, amen. O. prepositus, G. decanus totumque herbipolense capitulum vniuersis, ad quos presens scriptum deuenerit, salutem in domino. Ne malum ignorantie nostros tractatus contencionis scrupulo inuoluat, duximus, ea, que per nos tractantur, tam presencium quam absencium noticie scripto firmato legaliter commendari. Proinde presenti pagina, roborata inpressione nostri sygilli sub testimonio bonorum virorum, vniuersis, ad quos eadem deuenerit, significamus, quod Heinricus officiatus noster vna cum vxore sua uenientes ad nos quoddam molendinum situm super Blecaticam, vbi Mogus dicte aque coniungitur,[1]) et de quo nobis annuatim in festo annuntiationis sancte Marie decem solidos persoluere debebant nomine oblationis, nobis resignauerunt et iuri suo, quod in dicto molendino ipsi uel heredes sui habebant uel habere poterant, secundum terre nostre consuetudinem manu et calamo renuntiauerunt, petentes, quod idem ius F. abbati sancti Stephani et suis confratribus in dicto molendino assignaremus, cum iam dictus abbas ius supradictorum in supra expresso molendino pro vigintj duabus marcis sue ecclesie conparasset. Nos igitur, ipsorum precibus annuentes, omne ius, quod predictus Heinricus et vxor sua et heredes sui in predicto habebant molendino, uel poterant habere, F. abbati sancti Stephani et suis confratribus concessimus, reseruato nobis nostro iure, quod nobis annuatjm ex dicto molendino oblationis nomine est persoluendum.

Huius rei testes sunt: Otto prepositus, Gotfridus decanus maioris ecclesie, Hermannus decanus Noui monasterij, Fridericus cantor, Arnoldus custos, Albertus cellerarius, Engilhardus pre-

positus in Muckestat, Fridericus de Grindelach, archidiaconus, magister Waltherus, archidiaconus, Gyso de Jaza, archidiaconus, Marquardus prepositus in Onoldisbach, Albertus prepositus in Orengôwe, Theodericus de Apolde, portenarius, Heinricus de Stvbwege, Arnoldus frater cellerarii, Gotfridus de Bastheim, Burchardus de Eversberg, Eberhardus de Maspach, Boppo de Trimperch, Chvnradus de Telheim, herbipolenses canonicj; Bertoldus plebanus in Höchheim; confratres ecclesie sancti Stephani: Hartmudus prior, Syglohus magister oblationum, Theodericus, Wernhardus cellerarius, Heinricus cantor, Gernodus; et alij quamplures.

Actum anno domini M°CC°XL.^mo^.

[1] Heyrings sive Heringsmühle, nunc Walkmühle ad Pleichach rivum; conf Archiv des Historischen Vereins von Unterfranken und Aschaffenburg, vol XLI., pag. 231.

Sigillum capituli ecclesiae maioris fascia membranacea appendet paulum laesum

XIV.

Circa annum 1240.

Capitulum maioris ecclesiae Cunrado Biscoph bona in Tutenbrunnen erga canonem possidenda contulit

O. prepositus, G. decanus totumque capitulum herbipolense. Notum esse uolumus tam presentibus quam post futuris, hanc litteram inspecturis, quod nos Cunrado dicto Biscoph de Tutenbrunnen et suis heredibus curiam nostram ibidem sitam, necnon feodum, quod singulis annis soluit xl denarios, et alia bona eidem curie attinencia contulimus possidenda, hac condicione, vt de predicta curia et bonis prenominatis xvi modios siliginis, iiij^or^ tritici, iiij auene singulis annis ecclesie nostre soluant. Vt igitur hec ordinatio et tradicio predicto C. et suis heredibus rata et stabilis obseruetur, ipsi presentes litteras in testimonium conscribj fecimus, sigillj ecclesie munimine roboratas.

Sigillum capituli fascia de ipsarum literarum membrana confecta appendet laesum.

XV.

1243, die 13 decembris.

Sanctimoniales in Cella notum faciunt, se vinetum in Randesacher, in monte Haseler situm, fratribus domus hospitalis sancti Johannis in Werzeburg vendidisse, qui id a capitulo maioris ecclesiae suo oblationis titulo receperint.

Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Kvnegundis magistra et Luchardis priorissa et totus conuentus sanctimonialivm in Cella. Cum rerum gesta propter multimodas, que fiunt in eis, inmutaciones a memoria hominum cadere consueuerint sepius et elabi, necessarium est, per scriptorum ipsis memoriam precaueri, ne per diuturnum temporis elapsum obliuio uel obumbracio inducatur. Per presens igitur scriptum notum fieri uolumus vniuersis, quod nos pro necessitate nostre ecclesie incumbente iiij^or^ iugera uinearum sita Randesacher, in monte, quj dicitur Haseler, pro xlix libris herbipolensis monete uendidimus fratribus domus hospitalis sancti Johannis apud Werzeburg, quam pecuniam nos recepisse recognoscimus ab eisdem. Et quia jdem vinetum majori ecclesie herbipolensi nomine oblacionis spectat, ipsum uinetum domino Gotf[rido] decano et toti capitulo dicte ecclesie per manum fratris Craftonis, nostri procuratoris, resignauimus et fratribus concedi fecimus memoratis. Et sic sepefati fratres memoratum vinetum a dicto capitulo per manum decanj sub debite oblacionis titulo receperunt, uidelicet pro modio triticj et v octauis uinj, annis inde singulis sepefato capitulo persoluendis. Ne autem super hac uendicione nostra alicui dubium uel aliqua malignandi occasio prenominatis fratribus in posterum oriatur, presentem inde paginam conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari.

Testes: predictus Gotf[ridus] decanus, Arnoldus custos, Fridericus et Albertus de Grindelach, Theodricus portenarius, Boppo

de Trimbere, canoniej herbipolenses; laici: Fridericus de Cran…, Johannes pincerna, Bruno Duhenne et alij quam plures.

Acta sunt hec anno incarnationis dominj M°CC°XL. tercio, jdus decembris, Hermanno de Lobdeburg, episcopo werzeburgensi, presidente, pontificatus sui anno XVIII°.

Sigillum SORORVM IN CELLA, quod spiritum sanctum sub specie columbae in area exhibet, filis sericis viridis, rubei et flavi colorum appendet bene conservatum.

XVI.

1250, die 13 januarii.

Hermannus episcopus sanctimonialibus in Frowenrode decimam feodalem in Eliuereheshusin, ab Alberto de Trimpere comparatam, accepto ab eodem molendino in Westheim, appropriat.

Hermannus dei gratia episcopus **herbipolensis**. Notum facimus vniuersis hujus pagine inspectoribus, quod, cum **Elizabeth** abbatissa et conuentus sanctimonialium in **Frowenrode**, nostre dyocesis, habito emptionis tractatu cum viro nobilj **Alberto de Trimperc** de decima in **Eliuereheshusin**, quam idem nobilis a nobis in feodo possidebat, eam dicto monasterio comparassent, nobis humiliter supplicauerunt, ut, cum jdem monasterium nostris temporibus fuerit inchoatum de nostra beniuolentia et fauore ac ipse nostre essent in Christo filie speciales, venditionem huiusmodi decime confirmare ipsi monasterio de pietatis nostre gratia dignaremur. Nos itaque earum precibus inclinati, accipientes a dicto nobili molendino suo proprio[1]) in **Westheim** loco dictę decimę in restaurum ecclesię nostrę, quod molendinum in proprietatem ecclesie nostre dedit, dictam uenditionem presentibus confirmantes, ipsam decimam in proprietatem monasterio dicto damus perpetuo possidendam. Jn cuius donationis nostre testimonium presentem paginam super eo dedimus, sigilli nostri munimine roboratam.

Testes: Marquardus prepositus majoris ecclesie, Hermannus decanus Nouj monasterij, Giso prepositus de Hovge, magister Hugo, canonicus maioris ecclesie, Wernerus scriptor, canonicus Nouj monasterij, Heinricus notarius, canonicus in Onolsbach, Marquardus camerarius, dictus Orphanus, Lampertus dictus marscalcus de Botinlovben, Lvdewicus de Bunach, Albertus de Ertal, Cvnradus de Flache, Emehart de Essehenbach, Gotfridus dictus magister coquine.

Datum anno dominj M° CC° quinquagesimo, jdus januarii, jndictione VIIJ[a], pontificatus nostri anno XXV°.

[1]) Sic pro „molendinum suum proprium".
Sigillum Hermanni episcopi (Heffner l. c., pag. 38, sub num. 42) filis sericis rubri et flavi colorum appendet mediocriter conservatum.

XVII.

1250, die 28 octobris.

Hermannus episcopus servitia et jura servorum civitatis wirziburgensis, dictorum winleder, statuit.

C. Hermannus dei gratia herbipolensis episcopus. Nouerint vniuersi huius pagine inspectores, quod, cum serui ciuitatis nostre wlgariter dicti winleder, quj sunt numero vigintiquatuor, essent segregati a generali pace nostra, ita ut vnicuique absque pena pecuniaria liceret, eisdem manus inponere violentas, supplicarunt nobis humiliter et deuote, quatinus ipsos sub protectionem nostram et pacis iurate recipere dignaremur: nos uero, precibus eorum benignum impercientes assensum, ipsos sub protectionem nostram recipimus et camere ecclesie nostre tradimus seruitores, ita quod in omnibus festis, quando campana maior, que gloriosa dicitur, est pulsanda, decem ex eis veniant ad vesperas et sint in monasterio per noctem, donec matutine et laudes cum sollempnitate debita compulsentur. Ad missam uero eiusdem festi, necnon ad omnes horas et ad secundas vesperas si foret pulsanda, ad exequias uel anniuersarios episcoporum, regum, canonicorum,

comitum uel nobilium, quibus est pulsanda, seu ad tempestates, uel ad mandatum dominj episcopi, custodis, aut ad synodum eorundem numerus veniat ad pulsandum. Si uero propter ignem vicinum monasterio, de quo timor monasterij habeatur, pulsari debeat, totus eorum numerus ad monasterium veniat et turres ascendat et aquam ad extingwendum monasterium uel claustrum apportet. Jtem quando monasterium maioris ecclesie purgandum est, ipsi purgent. Et a purgacione fori, quod hactenus purgauerunt, sint liberi et exempti. Jtem si furem aliquem in ecclesia contigerit deprehendi et ad hoc per ecclesiasticos uel alios vocati fuerint, ipsi eundem furem captiuum iudicio presentabunt et, si videbitur expedire, iuramentis et probacionibus iuris a iudicibus senteneiam postulabunt. Si autem aliquis eorundem seruorum decesserit uel a ciuitate recesserit, dominus custos maioris ecclesie alium subrogabit Si uero aliquis eorum horam sibi prefixam veniendi ad monasterium sine legittimo impedimento neglexerit, in vna libra cere custodie condempnetur. Quid autem eisdem seruitoribus pro tantis seruiciis retribueremus, puro animo mecientes statuimus, ut, qui eos leserit in corpore uel in rebus, teneatur nobis et nostris iudicibus in emenda debita et consueta secundum ius commune, quod ciuitas nostra habet circa populum, qui wlgo antwerelûte proprie nuncupatur Sint eciam exempti a purgacione fouee pistorum, que schûpphe wlgariter appellatur, et custos eorum causas tamquam seruorum suorum promouebit. Damus insuper eisdem specialem graciam, vt, cum aliquis ipsorum decesserit, quod due campane, vna purpura et quatuor cerei ad exequias eorum faciendas ipsis de nostre ecclesie camera concedantur. Et ut hec inviolabiliter obseruentur, presentem paginam exinde conscriptam sigillis nostro et ecclesie nostre iussimus communiri

Datum anno dominj millesimo ducentesimo quinquagesimo, V° kalen. nouembris, jndictione IX°, pontificatus nostrj anno vicesimo sexto.

Has litteras damus ex apographo anno 1588, die 24 iulii ab officiali curie herbipolensis, appenso officialitatis sue sigillo, vidimato

XVIII.

1253, die 19 septembris.

Jnnocentius papa IV. vetat, ne laici herbipolensis civitatis et diocesis in aliis ecclesiis quam propriis parrochiis divina audiant.

Jnnocentius episcopus seruus seruorum dej venerabili fratri . . episcopo herbipolensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut ad audientiam nostram peruenit, laici herbipolensis ciuitatis et diocesis, proprijs sacerdotibus et ecclesijs, quarum parrochianj existunt, contra canonica instituta contemptis, ad alienas accedant ecclesias diuina officia inibi audituri, fraternitatj tue per apostolica scripta mandamus, quatinus circa laicos ipsos super hoc tam auctoritate nostra quam tua officij tuj debitum exequaris, compellens eos, ut in proprijs parrochijs, precipue diebus dominicis et festiuis, debeant audire diuina, iniungendo et inhibendo nichilominus omnibus religiosis earundem ciuitatis et diocesis, cuiuscumque sint ordinis, ne in preiudicium aliorum parrochianos alienos ad diuina recipiant, nec confessiones audiant eorundem, nisi de tua uel proprij sacerdotis licentia speciali, cum aliter illos ipsi non possint soluere uel ligare. Jnhibeas etiam religiosis eisdem, ne in predictis diebus dominicis et festiuis sermones ad parrochianos eosdem contra suorum sacerdotum uoluntatem faciant, antequam missarum sollempnia celebrentur, si ecclesias ipsas contingat exinde oblationibus et obuentionibus debitis defraudarj; contradictores autem per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescens.

Datum Asisij, XIIJ. kal. octobris, pontificatus nostrj anno vndecimo.

Bulla Jnnocentii papae IIII. plumbea funiculo cannabino appendet.

XIX.

1254, die 16 novembris.

Maioris ecclesiae ac Novi monasterii decani et custos in Hauge inter maioris ecclesiae dominos et secundariarum ecclesiarum canonicos super refectoriorum servitiis ordinationem faciunt.

A. dei gratia maioris ecclesie et H. Noui monasterij decani et R. custos sancti Johannis in Hauge herbipolensium vniuersis Christi fidelibus presentis rej noticiam. Vt ea, que ab hominibus et inter homines geruntur in tempore, non elabantur simul cum tempore, scripturarum perpetuitate memoriam hominum conuenit adiuuarj. Ad omnium igitur peruenire noticiam cunctorumque memorie cupimus esse traditam ordinationem, quam super refectoriorum seruicijs tam a maiori ecclesia secundariis, quam ab eisdem ipsi hinc inde debitis decreuimus faciendam. Siquidem, cum grauis et diutina super hijs verteretur discordia, tandem dissentioni huiusmodi maioris ecclesie domini et secundariarum ecclesiarum canonici finem imponere cupientes, de consilio et consensu vnanimj communiter et concorditer se nostre ordinationj per omnia submiserunt, gratum et ratum inviolabiliter se habituros, quicquid ordinandum super hoc negotio duxerimus, fide interposita promittentes. Vt igitur discordia, que est inter capitulum maioris ecclesie et canonicos sancti Johannis in Hauge et Noui monasterij, totaliter sopiatur, sic pronunciamus et ordinamus, quod prepositus maioris ecclesie, uel alij, aput quos est amministracio prepositure, soluent secundariis ecclesiis pro

quolibet refectorij seruitio duplicem solucionem, que talis est, quod nunc soluent cuilibet canonico duodecim denarios herbipolensis monete secundariarum ecclesiarum, quibus prius tantum sex denarij dabantur; et hec solutio incipiet modo in die Christi. Preterea, quandocunque domini maioris ecclesie comedent in refectorio in tribus seruiciis preposititure communiter debitis, domini de Hauge et Noui monasterij comedent cum eis. De dedicationibus istarum trium ecclesiarum sic pronuntiamus et ordinamus, quod duo uel tres canonici de secundariis ecclesiis non possint contradicere, dum modo alij omnes refectorium dimittere velint. Jtem de dedicationibus secundariarum ecclesiarum sic ordinamus, quod omnes tres ecclesie in illis jus suum integraliter habebunt, secundum quod ex tempore antiquo habere consueuerunt; et si vna istarum trium ecclesiarum comedet in refectorio in die dedicationis, alie due ecclesie comedent de necessitate ibidem; et si ille uel illi, qui debent dare seruitium, in die dedicationis forte dare nollent, qnod absit, si propter hoc vna ecclesia cessauerit a diuinis, alie due de necessitate similiter a diuinis cessabunt. Vt autem hec ordinatio, concorditer ab omnibus approbata, robur habeat et inviolabiliter obseruetur, domini nostri Jringi episcopi, maioris, sancti Johannis in Hauge et Noui monasterij ecclesiarum prepositorum, decanorum necnon et eorundem capitulorum presens scriptum in testimonium eorum, que sunt facta, simul cum nostris sigillis optinuimus communirj.

Datum, actum et confectum in ecclesia maiori, anno dominj M° CC° LIIIJ°, XVJ° kalen. decembris.

Undecim sigilla fasciis membranaceis e his literis suspensa esse videntur, octo magis minusve corrupta adhuc appendent. De quibus sigilla Jringi episcopi (Heffner l. c., pag. 38—39, sub num. 45 et tab. VI, sub. num. 1), Markardi praepositi et Arnoldi decani maioris ecclesiae, sancti Johannis baptistae et sancti Johannis evangelistae (Haug), Her. decani Novi monasterii et RVDOLFI · CANONICI · I · HVAGE facile agnoscas.

XX.

1259, mense augusto.

Conventus sancti Marci et capitulum maioris ecclesiae conveniunt super aedificiis illius iuxta fluvium Bleichach collocandis.

1.

Jn nomine domini, amen. Nos Kvnegundis priorissa et totus conuentus sancti Marci omnibus huius pagine jnspectoribus uolumus esse notum, quod, cum nos iuxta fluuium, qui dicitur Bleichach, ad canonicos maioris ecclesie herbipolensis spectantem, licet in fundo proprietatis nostre, proponeremus edificia claustri nostri necessaria collocare, quod uidebatur probabiliter in ipsorum redundare preiudicium et gravamen, predicti tandem canonicj, nostris supplicationibus inclinati, ne tam utile uiderentur impedire propositum, diuine pietatis intuitu sub forma condicionum subscriptarum suum concorditer prebuerunt assensum, videlicet, quod nos duos muros prope riuum iam dictum, hinc inde ab ipso riuo distantes quatuor pedum spacio, poneremus. Et si quem transitum, siue ligneum siue lapideum, vltra riuum ordinare uellemus, ipsum in tantum faceremus eleuari, ut ipsorum molendinariis liber utrobique pateret transitus, pro alueo eiusdem riui, cum necessitas exhigeret [1]), emundando. Hoc nichilominus adiecto, ne riuum ipsum per officinas nostras diuidamus, nec super ipsum secrete necessitatis cameras exstendamus; que omnia promisimus inviolabiliter obseruare. Jnsuper protestamur, quod, si in aliqua parte ipsius riui decursus per nostra edificia contingeret retardarj, propriis expensis quantocius emendemus. Si autem, quod absit, in obseruantia ante positarum condicionum neglientes fuerimus aut remisse, tali nos voluntarie subicimus ordinationi, quod, non obstantibus quibuscumque priuilegiis nobis et ordini nostro a sede apostolica indultis, decanus maioris ecclesie herbipolensis potestatem habeat ad exsecutionem omnium, que premissa sunt,

nos per censuram ecclesiasticam compellendi. Ut igitur hec omnia supradicta, ex utriusque partis consensu concorditer ordinata, inconuulsa et inviolata permaneant in posterum, sigillis nostri conuentus et prefati capituli maioris ecclesie herbipolensis, necnon et prioris fratrum predicatorum herbipolensium presentem fecimus paginam communiri.

Acta sunt autem hec anno dominj M° CC° LVIIIJ°, mense aug[usto], jndictione secunda.

r) Sic pro „exigeret".

Tria sigilla filis sericis rubri et flavi colorum e his literis suspensa esse videntur. Sigilla capituli maioris ecclesiae ac Sancti Marci ewangelistae et s. Gerdrvdis magis minusve corrupta adhuc appendent.

2.

Jn nomine domini, amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore a successorum memoria elabantur, solent scripturali karacthare roborarj. Huius igitur approbate consuetudinis imitantes vestigia, nos B. prepositus, A. decanus totumque capitulum maioris ecclesie herbipolensis omnibus huius pagine jnspectoribus uolumus esse notum, quod, cum sorores sancti Marci, extra muros nostre ciuitatis residentiam habentes, iuxta fluuium, qui dicitur Bleichach, ad nos spectantem, licet in fundo proprietatis sue, proponerent edificia claustri sui necessaria collocare, quod uidebatur probabiliter in nostri capituli redundare preiudicium et grauamen, nos, tandem ipsarum deuotis supplicationibus inclinati, ne tam pium et vtile propositum debito careret effectu, diuine pietatis intuitu sub forma conditionum subscriptarum nostrum concorditer deliberauimus prebere assensum, videlicet quod duos muros prope riuum iam dictum hinc inde ab ipso riuo distantes quatuor pedum spacio collocarent, et si quem transitum, siue ligneum siue lapideum, ultra riuum ordinare disponerent, jn tantum facerent eleuari, ut nostris molendinariis liber utrobique pateret transitus pro alueo riuj memorati, cum necessitas exhieret[a]), emundando. Hoc nichilominus adiecto, ne

riuum ipsum per officinas suas diuidunt, nec super ipsum secrete necessitatis cameras extendant. Insuper adiecimus, quod, quicquid ipsius riuj decursum per ipsarum edificia retardare contingeret, suis expensis quantocius emendarent. Si autem, quod absit, prefate sorores in obseruantia antepositarum condicionum negligentes extiterint aut remisse, volumus, ut nostrj capituli decanus potestatem habeat, easdem sorores ad exsecutionem omnium, que predicta sunt, per censuram ecclesiasticam compellendi. Cui ordinationi dicte sorores se voluntarie submiserunt, secundum quod in earum litteris, super eo ecclesie nostre datis, plenius continetur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs eis et ordini earum a sede apostolica indultis. Ut igitur omnia, que supra dicta sunt, ex utriusque partis consensu concorditer ordinata, inconuulsa et inviolata permaneant in posterum, sigillis nostri capituli et ipsarum sororum necnon et prioris fratrum **predicatorum herbipolensium** presentem fecimus paginam communirj.

Acta sunt hec anno dominj M° CC° LVIIIJ°, indictione secunda, mense aug[usto].

*) Sic pro „exhigeret".

Sigilla capituli maioris ecclesiae, Sancti Marci evangelistae et s. Gertrudis ac prioris fratrum praedicatorum herbipolensium magis minusve corrupta filis sericis rubei et flavi colorum appendent.

XXI.

1261, die 13 aprilis.

Iringus episcopus Bothonem de Eberstein et Cunradum de Bopenhusen, fratres, super officio marschalci ecclesiae wirziburgensis concordavit.

J. dei gratia **herbipolensis** episcopus. Nouerint vniuersi huius pagine inspectores, quod, cum inter **Bothonem de Eberstein** et **Cvnradum de Bopenhusen**, fratres, super officio marschalci ecclesie questio diucius uerteretur, nos ambobus prefixo termino, in quo coram nobis comparuerunt, et utroque in nos

principaliter et ex parte Bothonis in Hermannum de Brende et Gernodum Hovescultetum et ex parte Cvnradi in Heinricum de Regenstein et Cunradum de Bastheim compromittentibus, eos concordauimus sub hac forma: quod Cunradus solvat fratri suo Bothoni ducentas viginti quinque marcas argenti ad terminos subnotatos et habebit officium marscalci et pueri sui masculi, quos habuerit per filiam Alberti de Eberstein uel per aliam, quam legittime sibi duxerit in vxorem. Jta tamen, quod ille, qui inter filios ipsius Cunradi semper fuerit senior, prius ducat vxorem de familia nostre ecclesie et habeat officium, alioquin careat officio. Argentum siquidem sic persoluat, videlicet viginti marcas ad manus et triginta marcas ad festum Michahelis, de quibus ipsum certificabit per fideiussores ante festum Walpurgis. Jnsuper pro centum quinquaginta marcis assignauit Bothoni bona sua in Niderlure et alia, que adtinent officio marscalci. Jnsuper addet ei ad tria talenta de aliis bonis suis, que omnia pro centum quinquaginta marcis dictus Botho nomine pignoris possidebit; super hec soluet viginti quinque marcas a festo Walpurgis ad vnum annum et de hiis omnibus, de dandis fideiussoribus et bonis assignandis, eum expediet ante festum Walpurgis. Jnsuper, ut maius robur sit amicicie inter eos et alter alteri magis deseruiat, ad inductum nostrum dictus Cunradus legauit idem officium marschalci, si sine pueris masculis decesserit, fratri suo Bothoni. Ad hec, si dictus Cunradus sine filiis et filiabus decederet, exceptis bonis, que ipse vxori sue assignauit in dote, et similiter exceptis aliis bonis suis, que idem Cunradus vxori sue assignauit pro centum marcis, predicto Bothoni fratri suo legauit alia omnia bona sua. Si autem nec filios nec filias habens decesserit, fratri suo Bothoni, qui soluet tantummodo quinquaginta marcas illis, quibus Cunradus eas legauerit, alia bona remanebunt cum officio absoluta. Et ut hec omnibus patefiant et inter fratres omnia inuiolabiliter obseruentur et ius ecclesie nostre in predicto officio similiter patefiat lucidius et seruetur, presens scriptum dedimus, sigillo nostro et sigillo capituli nostri firmiter communitum.

Datum anno domini M°CC° sexagesimo primo, jdus aprilis, judictione quarta, pontificatus nostri anno septimo.

Duo sigilla e his literis suspensa esse videntur. Sigilli Jringi episcopi tantum (conf. Heffner l. c., pag. 38—39, sub num. 45 et tab. VI, sub num. 1) pars maior, dirupta et conglutinata, filis sericis rubri et flavi colorum adhuc appendet.

XXII.

1261, die 22 junii.

Hermannus comes de Hennenberg pro parte decimae in Oustat, monasterio de Vezere data, ecclesiae herbipolensi villam Sulzbach in feodum offert.

Hermannus dei gratia comes de Hennenberg omnibus, tam presentis temporis quam futuri, ad quos presens scriptum peruenerit, affectuosam ad quelibet beneplacita uoluntatem. Cum nos ob salutem anime nostre monasterio de Vezere, ordinis premonstratensium, terciam partem decime nostre in Oustat, cuius ius proprietatis ad ecclesiam herbipolensem dinoscitur pertinere, de consensu venerabilis domini nostri Jringi episcopi et capituli ipsius ecclesie dederimus, condicione hac annexa, vt in restaurum eiusdem partis decime sepedicte ecclesie alia bona demus, jus proprietatis uille nostre Sulzbach, que ad nos pleno iure pertinet, libere damus pro restauro, et tam nos et quam nostri heredes deinceps predictam uillam possidebimus ab ecclesia predicta titulo feodali.

Huius rei testes sunt: venerabilis dominus Henricus episcopus samb[iensis], comes Henricus de Hennenberg, frater noster, Albertus Knurlinus, Stolzo pincerna, Godefridus de Slethen, Mangoldus de Ostheim, milites, et alij quam plures.

Ne autem de premissis in posterum aliqua dubitacio uel questio oriatur, presens scriptum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Acta sunt hec apud Reynuelt, anno domini M° CC° LX. primo, X° kalendas julij.

Sigillum COM IS· MANNI · DE · HENNENBERCH, quod gallinam in monte quinque cacuminum stantem in area exhibet, fascia membranacea appendet in margine laesum.

XXIII.

1263, die 15 septembris.

Otto custos et archidiaconus herbipolensis recognoscit, Heroldum de sancta Afra, dictum Kitelvinke, se sancto Kiliano tradidisse.

Otto dei gratia custos et archidiaconus herbipolensis. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod, cum Heroldus de sancta Afra, dictus Kitelvinke, esset homo libere condicionis et nulli racione seruitutis uel hominio esset obligatus alicommodo aut astrictus, tradidit[1]) sancto Kiliano et sociis ipsius, et[2]) camere nostre in perpetuum attineret; hac condicione uel pacto aposito et adiecto, quod ipse jn festo beati Kiliani iiij denarios annis singulis de sua persona ad cameram representet. Quo censu persoluto, ab omni exactione absolutus sit et ab omni onere seruitutis. Pueri uero ipsius, qui ad maturam etatem non pervenerunt, quandocunque voluerint, pro eodem censu ad eandem ecclesie graciam asumentur. Vt dictus Heroldus uel sui pueri, si voluerint aput nostram ecclesiam permanere, non possint ad alia seruicia choartari, presens scriptum ipsis dedimus, sigilli nostri munimine roboratum.

Acta sunt hec anno domini M° CC° LXIIJ°, in octaua natiuitatis beate virginis.

[1]) Hic verbum „se" excidisse videtur. [2]) Sic pro „ut".
Sigillum deest, membrana ei suspendendo incisa.

XXIV.

1263, die 10 novembris.

Burchardus de Eberspere, canonicus herbipolensis, curiam suam Culenbere et oblationem suam in Otelvingen Her. de Sternbere et Her. de Wilpere, concanonicis suis, legavit, a B. decano et H. de Sterrenbere redimendas.

Ego Burchardus de Eberspere, canonicus herbipolensis, literis presentibus fateor et cognosco, quod curiam meam Culenbere et oblationem meam in Otelvingen, quam domino B. decano et H. fratri suo de Sterrenbere, meis concanonicis, a festo beati Martini ad tres annos continuos pro xl^a marcis puri argenti nomine pignoris obligaui, Her. eidem de Sternbere et Her. de Wilpere, meis concanonicis et confratribus, legaui hoc modo, quod, si infra predictos tres annos decessero, dicti Her. et Her., mei concanonicj, prefatam curiam et oblacionem pro dicto argento redimen̄t et xx libras denariorum herbipolensium et viiij libras hal[lensium] pro me soluent et dictam curiam cum oblatione dicta eo modo, quo possedi, libere possidebunt.

Jn huius rei signum presentem literam feci conscribi et sigillo domini B., nostri decani, ac meo diligentius communiri.

Actum et datum presente domino B. decano, The. Kyseline, H. de Herfordia, Jo. subcustode et quam pluribus aliis fide dignis, anno domini M°CC°LXIIJ°, jn vigilia beatj Martinj.

Duo sigilla fasciis membranaceis e his literis suspensa sunt. Posterioris tantum sigilli, Burchardi de Eberspere ut videtur, pars adhuc appendet.

XXV.

1264, die 1 junii.

Jringus episcopus fratribus domus hospitalis sancti Johannis in Wirczeburch indulget, ut in collectione vineae in Buchenclingen, ad servicia luminum chori sancti Kiliani deputatae, tempora a sculteto et hominibus in Heitingesuelt statuta praeveniant.

Jringus dei gratia herbipolensis episcopus. Nouerint vniuersi hujus pagine jnspectores, quod, cum scultetus noster de Heitingesuelt et homines ipsius ville ex permissione predecessorum nostrorum et nostra et consuetudine approbata statuta faciant, que einvnge dicuntur, annis singulis tempore auctumpnali de diebus et terminis, in quibus vinearum collectio omnibus nuncietur, que multociens protrahitur in aliquibus locis circa finem auctumpni; et cum magister et fratres domus hospitalis sancti Johannis in Wirczeburch excolant triginta sex jugera vinearum in loco, qui dicitur Buchenclingen, de quibus choro sancti Kyliani deseruiunt frequenter in luminibus lampadum; qui, cum locus ille, in quo vinee site sunt, semper reseruetur usque ad finem vindemiarum in illo statuto, quod einvnge dicitur, plurimum perturbantur, sicut in nostra proposuerunt presencia: ad supplicationem eorum et aliorum pro eis petentium, ut tempora statuta ab hominibus sepedictis preueniant in collectione solius eiusdem vinee, que specialiter deputata est ad seruicia luminum chori nostri, jta tamen, quod vineis vicinioribus non sint onerosi et eis caueant, in quarum terminis eos descendere contigerit, litteris presentibus indulgemus, quas ad jnstantiam capituli nostri eis dedimus, sigillo nostro et sigillo capituli nostri firmiter communitas.

Datum anno domini M°CC°LXIIIJ., kalen. junij, jndictione VIJ^a, pontificatus nostri anno XJ°.

Sigilla Jringi episcopi (Heffner l. c., pag. 38—39, sub num. 45 et tab. VI, sub num. 1) et capituli in marginibus magis minusve laesa fasciis membranaceis appendent.

XXVI.

1268, die 19 martii.

Clemens papa IV. cives herbipolenses rogat, quatenus decanum et capitulum ecclesiae herbipolensis in personis et rebus commendatos habeant.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs ciuibus herbipolensibus salutem et apostolicam benedictionem. Matrem uestram, herbipolensem ecclesiam, cum eius speciales filij existatis, eo propensiori prosequi fauore debetis, quo ad presens uestris amplius indiget subsidijs adiuuari. Cum itaque occasione duarum electionum, que in discordia in ipsa fuerunt ecclesia celebrate, in personis et rebus grauem iacturam eadem ecclesia sit perpessa et adhuc, nisi uestro sustentetur presidio, multis periculis exponatur, vniuersitatem uestram rogamus et hortamur attente, in remissionem uobis peccaminum iniungentes, quatinus ad conseruationem iurium ipsius ecclesie isto precipue tempore efficaciter intendatis, dilectos filios . . decanum et capitulum eiusdem ecclesie in personis et rebus habentes propensius commendatos, ut ipsa ecclesia in uobis tempore necessitatis experiatur sinceritatis affectum, qui matri debetur a filijs gratiosis, nosque proinde deuotionem uestram dignis in domino laudibus commendemus.

Datum Viterbij, XIIIJ. kal. aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

Bulla Clementis papae IIII. plumbea funiculo cannabino appendet.

XXVII.

1280, die 8 octobris.

Bertholdus episcopus testatur, se a domo hospitali sancti Johannis herbipolensi pro manso in Zuzleibe pagatum esse.

Ber. dei gratia herbipolensis episcopus. Constare uolumus vniuersis hoc scriptum visuris, quod illi emptioni, quam dilecti in Christo . . commendator et fratres domus hospitalis sancti Johannis herbipolensis in restaurum illius mansi perditi in Zuzleibe, quem eis dedimus, nobis de alio manso fecisse debuerant, habito super hoc pleno nostri capituli consensu, renunciamus simpliciter et expresse eo, quod ijdem fratres in recompensam ipsius mansi emendi in quatuordecim libr. hallen. in parata pecunia nos pagarunt. Jn cuius rei testimonium presentes literas ipsis fratribus dedimus, nostro et capituli nostri sigillorum appensionibus roboratas.

Datum Herbipoli, anno domini M. CC. LXXX., VIIJ. jdus octobris, pontificatus nostri anno VI.

Sigilla Bertholdi episcopi (Heffner l. c., pag. 40, sub num. 48 et tab. VI., sub num. 3) et capituli magis minusve laesa fasciis membranaceis appendent.

XXVIII.

1282, die 27 februarii.

Bertoldus episcopus Hermanno et Bopponi comitibus de Hennenberg redditus sexaginta marcarum argenti se collaturum esse promittit.

Ber. dei gratia herbipolensis episcopus recognoscimus vniuersis has literas inspecturis, quod nos cum nobilibus viris,

6*

Hermanno juniore et Boppone comitibus de Hennenberg super discordijs quibuscumque inter nos et ipsos comites hucusque habitis plane et simpliciter reconciliati, mediantibus illis nobilibus viris, Eberhardo de Sluzelberg, Gotfrido de Brunecke et Bertholdo de Liesberg, quos ad hoc serenissimus dominus noster Rudolfus Romanorum rex de nostro consensu vtrimque deputauit, promittimus ipsis comitibus in emendam eorum, que nostri homines contra ipsos comites iuxta cenobium Tulbe attemptarunt, redditus sexaginta marcarum argenti, vbicumque nobis illi uacabunt, exceptis nostris castris et munitionibus, titulo feodi collaturos; successorem nostrum ad eandem collationem eisdem comitibus faciendam presentibus, si nos ante ipsam collationem non esse contigerit, obligantes.

Huius rei testes sunt: Manegoldus prepositus, Heinricus de Wechmar, archidiaconi herbipolenses; Heinricus de Hohinberg, canonicus babinbergensis, Woluelinus de Grunbach, Eberhardus Vulpes, Heinricus Woluolt, Richolfus de Ferrea caliga, Theodericus de Qv̊nstat, Albertus de Hesseburg, Johannes de Haldrit (?), Heinricus de Smeheim, Conradus de Koburg et plures alij fidedignj.

Jn quorum premissorum testimonium presens scriptum nostro et predictorum trium mediatorum sigillis roborauimus.

Datum Geltersheim, anno dominj millesimo ducentesimo octogesimo secundo, tercio kalen. marcij, pontificatus nostri anno octauo.

De quatuor sigillis e his literis, ut videtur, suspensis sigilla episcopi (conf. Heffner l. c. pag. 40 sub num. 48 et tab. VI. sub num. 3), GOTFRI E · B E (?), quod duos leopardos, alterum super alterum stantem, et B OLT · D LIVE C, quod leonem corronatum erectum in scuto exhibet, in marginibus magis minusve laesa fasciis membranaceis adhuc appendent.

XXIX.

1282, die 27 martii.

Bertholdus episcopus allodium in Wilbrehteshusen, a Mehtildi, relicta fratris sui Alberti de Sternberg, hospitali sancti Johannis jerosolimitani in Wirziburg traditum, eidem proprietat.

Bertholdus dei gratia herbipolensis episcopus. Harum serie litterarum recognoscentes publice, patere cupimus singulis et vniuersis, quod, cum dilecta nobis nobilis matrona Mehtildis, relicta quondam Alberti de Sternberg, fratris nostri pie memorie, allodium quoddam in Wilbrehteshusen haberet, quod quidem nos tamquam heredem bonorum et dominij in Trimperg post ipsius Mehtildis mortem, dummodo pro illo quadraginta marcas argenti legandas per illam daremus, contingere debebat: eadem Mehtildis iam pridem, in nostra constituta presentia, memoratum allodium in Wilbrehteshusen cum omnibus eius attinenciis et iuribus, tam quesitis quam inquirendis, dilectis in Christo . . commendatori et fratribus hospitalis sancti Johannis jerosolimitani ciuitatis herbipolensis pro sue remedio anime dedit et tradidit in proprium possidenda, petens a nobis supliciter, ut iuri illi, nobis in eodem, ut predicitur, allodio competenti, renunciaremus ipsumque allodium fratribus et hospitali predictis proprietare de nostra beniuolencia curaremus. Cuius equidem suplicationibus fauorabiliter annuendum decernentes a nobis et successoribus nostris, omne ius, quod in prefato allodio eo, quo premittitur, modo habuimus aut habere possemus, in hiis presentibus abdicamus, jpsumque allodium cum eius attinenciis et vniuersitate fratribus et hospitali predictis proprietamus et in ipsum hospitale transferimus, iure meri proprij perpetuo possidenda. Jn cuius rei testimonium presentes litteras predicto hospitali dedimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo CC° LXXX. secundo, VI^to kalen. aprilis, pontificatus nostri anno octauo.

Has literas edimus ex apographo inserto literis a Manegoldo episcopo et domo hospitali sancti Johannis wirziburgensi a. 1293, die 19. februarii datis, quas infra sub num. XXXII edemus.

XXX.

1285, die 29 decembris.

Johannes archiepiscopus rigensis et undecim nominati episcopi omnibus poenitentibus, qui certis diebus ad cathedralem ecclesiam herbipolensem accesserint etc., indulgentias impertiuntur.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis dei gratia Johannes archiepiscopus rigensis, Rodericus segobiensis, Bernardus vizentinus, Gerardus ananinus, Valdebrunus auelonensis et glauancensis, Johannes strogolinus, Angelus melfictensis, Tholomeus sardanensis, Romanus croensis, Romanus alifanensis, Marcus sancti Marci et Leo chalamonensis episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, vt sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene seruientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri: desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, inuitamus, vt exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut cathedralis ecclesia herbipolensis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam per aduentum domini et quadragesimam, presertim in cena domini et parasceue, [illegible] octauas natiuitatis, resurrectionis, ascensionis et pentecostes,

in quatuor festiuitatibus beate Marie virginis, in festo beatorum Iohannis baptiste et Iohannis ewangeliste, sanctorum apostolorum, beatorum Kyliani et sociorum eius, Thimothei et Symphoriani martirum sanctorum, Martini et Nycolai episcoporum, Egidii et Leonardi confessorum, beatarum Katerine, Margarete virginum et Marie Magdalene ac in dedicatione ipsius ecclesie causa deuotionis accesserint vel manus porrexerint adiutrices, siue, in extremis laborantes, fabrice dicte ecclesie quicquam suarum legauerint facultatum, nos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, singuli singulas quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo loci dyocesanus consenserit, misericorditer in domino relaxamus. Jn cuius rei testimonium presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri.

Datum Rome, anno domini millesimo CC° LXXX° sexto, quarto kal. januarii, pontificatus domini Honorii pape quarti anno primo.

Duodecim sigilla filis sericis flavi, fusci et rubri colorum e his literis suspensa esse videntur, quorum quatuor tantum, Johannis strogolini, Tholomei sardanensis, Angeli melfictensis et Leonis chalamonensis episcoporum, magis minusve laesa adhuc appendent.

XXXI.

1289, die 9 julii.

Manegoldus episcopus bona feodalia in Gerbrunnen, a Heinrico comite de Kastele domui sanctae Mariae Theutonicorum herbipolensi vendita, huic appropriavit et bona in Altmanneshusen, a comite in restaurum recepta, eidem in feodum contulit.

Manegoldus dei gratia herbipolensis episcopus. Nouerint vniuersi presencium inspectores, tam posteri quam presentes,

quod, cum nobilis vir Heinricus comes de Kastele allodium in Gerbrunnen, annuatim duodecim maltra siliginis soluens, et domum quandam eidem allodio continuam, duos solidos denariorum pro annuo censu soluentem, cum eorundem bonorum attinencijs et iuribus, que siquidem bona ipse comes a nobis feodi titulo possidebat, viris religiosis in Christo dilectis . . commendatori et conuentui fratrum domus sancte Marie Theuthonicorum herbipolensis, acceptis pro inde triginta libris hallensium in pecunia numerata, vendiderit, idem comes, super hoc nostram accedens presenciam, predicta bona ad manus nostras libere resignauit, a nobis cum instancia postulans, quatenus nos, eandem vendicionem ratam habentes atque gratam, predicta bona commendatori et conuentui predictis tradere in proprium curaremus, ita tamen, quod ipse comes omnia bona sua in Altmanneshusen, iure proprietatis eum contingencia, vltra sexaginta libras hallensium in valore estimata, se ad nostras manus optulit resignaturum eaque in supradictorum bonorum in Gerbrunnen restaurum a nobis in feodo recepturum. Nos itaque, dicti comitis postulacionibus satisfacere decernentes, pensata nichilominus vtilitate nobis et ecclesie nostre ex restauro huiusmodi profutura, accepta primum ad manus nostras a memorato comite de predictis bonis in Altmanneshusen resignacione libera, eadem bona in Altmanneshusen sibi contulimus, a nobis et successoribus nostris nomine feodi possidenda, ratam quoque ac gratam habentes vendicionem de predictis bonis in Gerbrunnen per sepedictum comitem . . commendatori et conuentui prefatis, vt predicitur, factam, memoratum allodium ac domum in Gerbrunnen cum eorum attinencijs, vniuersitate et rerum dominio . . commendatori et conuentui sepefatis in proprium damus, tradimus et donamus, iure meri proprij perpetuo possidenda. Et omne ius, quod in ipsis bonis nobis competebat, a nobis et successoribus nostris abdicamus, hoc ipsum ius in . . commendatorem et conuentum sepedictos hijs in litteris transferentes eosque mittentes in predictorum bonorum vacuam possessionem.

Testes, qui hijs intererant, sunt hij: frater Lvdewicus de ottenheim, Conradus de Witoldishusen, nostre curie pincerna, eroldus de Oppherbein, scultetus, Erkengerus de Sauwensheim, uocatus in Geroldishouen, Heinricus de Erlach, milites, et plures j ad hoc vocati testes et rogati.

Jn quorum omnium testimonium atque robur presentes teras . . commendatori et conuentuj sepedictis dandas duximus, stri sigilli patrocinio consignatas.

Actum et datum in castro sancte Marie, anno domini llesimo CC° LXXX° nono, in krastino beati Kyliani, pontiatus nostri anno secundo.

Nos quoque Heinricus comes de Kastele supranomitus, hec omnia et singulariter singula, que premissa sunt, presse recognoscentes ita esse, in eorum euidenciam nostrum gillum hijs presentibus duximus appendendum.

Actum et datum loco, annis domini et die prenotatis.

Duorum sigillorum fasciis membranaceis e his literis suspensorum comitis tantum sigillum, scutum quadripartitum, cui galea imposita est, exhibens, maiorem partem adhuc appendet.

XXXII.

1293, die 19 februarii.

anegoldus episcopus proprietationem allodii in Wilbrehteshusen, Bertholdo episcopo, ac donationem bonorum in Tungeden et nzuelt, a domina Mehtildi hospitali sancti Johannis jerosolimitani erbipoli factam, confirmat, quod allodium redimi posse domus hospitalis recognoscit.

Manegoldus dei gratia herbipolensis episcopus. Notum se volumus singulis et vniuersis presentem literam jnspecturis,

[illegible] literas pie recordationis venerabilis domini Bertholdi, [illegible] perspeximus, vidimus et legimus cum vero sigillo [illegible] non rasas, non abolitas, non cancellatas nec [illegible] parte viciatas, sub hac forma:

[illegible] sunt litere a Bertholdo episcopo a. 1282, die 27 mensis [illegible] sancti Johannis wirziburgensi datae, quas supra sub num. XXX [illegible].

Nos [illegible] Manegoldus dei gratia episcopus supradictus [illegible] predecessoris nostri antedicti donationem et [illegible] prefate domine Mehtildis de bonis, [illegible] solidos [illegible] maldra siliginis et quatuor avene, ac de [illegible] et dimidio vinearum, sitis in Tungeden et in [illegible] fratribus et hospitali sepedictis factam [illegible] habentes nostrum consensum adhibentes [illegible] confirmamus et in ipsius confirmationis [illegible] has literas sigilli nostri munimine [illegible].

Datum anno domini millesimo CC° nonagesimo III°, feria [illegible] pontificatus nostri anno V°.

[illegible] et fratres domus hospitalis predicti [illegible] per presentes, quod, quandocumque reverendus [illegible] seu capitulum ecclesie herbipolensis [illegible] domini quadraginta [illegible] cum [illegible] dominum episcopum vel suum [illegible].

Datum [illegible].

[illegible] sunt [illegible] videntur; [illegible] valde [illegible].

XXXIII.

1295, die 5 junii.

Capitulum maioris ecclesiae Bertoldo de Abiete proventus officii Sickershûsen per decem annos percipiendos vendidit.

Nos Heinricus de Wechmar, prepositus, Arnoldus de Spiezesheim, decanus, totumque capitulum ecclesie herbipolensis tenore presencium ad vniuersorum volumus noticiam deuenire, quod, prouida deliberacione prehabita, omnium ac singulorum nostrum interuenientibus verbo pariter et consensu, pro vrgente nostra nostrique capituli necessitate ac euidenti utilitate vendidimus ac hiis in scriptis iusto vendicionis tytulo damus et tradimus honesto viro Bertoldo de Abiete, ciui herbipolensi, ac suis heredibus aut successoribus vniuersis omnes prouentus, obuenciones, vsusfructus et vtilitates officii nostri Sickershûsen cum singulis suis pertinenciis et appendiciis, quesitis et inquirendis, eo iure, quo prepositus et scultetus nostri hactenus huiusmodi premissa habuisse ac percepisse more solito dinoscuntur, saluo quod pro duabus herbergis, . . preposito annuatim exhiberi debitis, eidem aut suo nuncio dicti emptores quouis anno infra tempus subscriptum vnam libram denariorum herbipolensium, medietatem videlicet in epiphania domini, residuum vero in festo pentecostes, persoluere teneantur, habendos et libere percipiendos per decem annos a festo kathedre beati Petri nunc proxime transacto subintrantes et sese continue subsequentes pro precio trecentarum librarum den. monete herbipolensis, quod precium recognoscimus nos ab ipsis in parata et numerata pecunia integre recepisse, habuisse ac in vsus nostros et capituli nostri vtiles et necessarios, videlicet in solucionem debitorum, quibus apud Iudeos ac alios creditores nostros sub vsuris dampnisque grauibus inuoluti fuimus, conuertisse; promittentes vniuersaliter singuli ac singulariter vniuersi, eisdem emptoribus contra quoscunque eorum in dicto

officio iniuriatores seu molestatores ad sui iuris prosecucionem fide sincera cooperari ipsosque nostrorum consilii et auxilii, in quantum possumus et tenemur per iusticiam, presidio defensare. Sane, si medio tempore prelibatum dominum H. de Wechmar, prepositum nostrum, cedere uel decedere contigerit, extunc eiusdem successor, qui pro tempore fuerit, ad premissorum, ut dicta et scripta sunt, ratihabicionem tenebitur loco sui. Quodsi per huiusmodi successorem quemcunque aut per nos uel capitulum nostrum prefatus Bertoldus aut sui heredes uel successores ullum impedimentum, detrimentum seu grauamen in supradicto officio et eius vsu, prout superius est expressum, infra memoratum decennium sustinuerint, extunc monicione premissa honorabiles viri, domini Wernherus de Tannenberg, cantor, Andreas de Gundelningen, prepositus in Orengeu, Albertus de Lewenstein, scolasticus, Wolframus de Linach, Sifridus de Wechmar, archidiaconus, et Philippus de Tannenberg, confratres seu concanonici nostri, quos antedictis emptoribus damus et constituimus fideiussores, sub eorum fideipromisso se recipient in claustro ecclesie nostre, semel in die expensas fideiussorias inibi faciendo, tamdiu, vno ipsorum se non excusante per alterum sine vara, donec huiusmodi impedimentum, detrimentum seu grauamen, quandocunque et quocienscunque irrogata fuerint, plenissime deponantur ipsorumque emptorum indempnitati per omnia caueatur. Talesque fideiussores promittimus liberare indempnes a fideiussionibus et recepcionibus pretaxatis. Et si eorum aliquis medio tempore cesserit uel decesserit, fideiussorem alterum ex concanonicis nostris, quem sepedicti emptores acceptandum duxerint, subrogare promittimus infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites modo premisso, cum fuerint moniti, se recipient, quoad talis subrogacio perducta fuerit ad effectum. Renunciamus eciam expresse vna cum dictis fideiussoribus in prefato vendicionis contractu necnon pro singulis antedictis omni excepcioni iuris uel facti, beneficio restitucionis in integrum, decepcionis ultra medium iusti precii omnique auxilio iuris canonici uel ciuilis, occasione quorum sepefati emptores possent in premissis aliqualiter infestari.

Promittentes specialiter, non agere ad iusti precii supplementum, si minoris in posterum facta hec nostra vendicio videatur. Vt autem vniuersa et singula supradicta rata firmaque permaneant, pro testimonio damus memoratis emptoribus presentes litteras, sigillorum reuerendi in Christo patris ac domini nostri Manegoldi episcopi, herbipolensis videlicet, nostri capituli, prepositi, decani et fideiussorum antedictorum munimine roboratas. Datum anno domini M° CC° nonagesimo quinto, in octaua festi trinitatis indiuidue atque sancte, pontificatus domini nostri M. episcopi predicti anno VIIJ°. Minime quoque pretermittendum est, quod supradicti fideiussores vnius mensis post dictorum impedimentorum per successorem domini prepositi, nos aut nostrum capitulum illacionem quamlibet habere debent inducias et extunc, monicione premissa, si medio tempore talia deposita non fuerint impedimenta, se recipere modo superius enarrato.

Datum ut supra.

Presentibus post memoratum decennium minime valituris.

De decem sigillis fasciis membranaceis e his literis, ut videtur, suspensis, excepto sigillo capituli cetera indicata magis minusve corrupta et laesa adhuc appendent. Sigillum Manegoldi episcopi eiusdem typi est, quem Heffner l. c., pag. 42, sub num. 51 descripsit.

XXXIV.

1300, diebus 18 julii et 25 septembris.

Ecclesiae herbipolensi a comitibus de Oetingen pro feodali advocatia in Vrach, monasterio in Halsbrunne vendita, bona in Zilauwe in feodum oblata sunt.

1.

Jn nomine domini, amen. Nos dei gratia Lvdewicus et Fridericus comites de Oetingen et Elizabeth dicti Friderici uxor recognoscimus et presentibus publice confitemur, quod

aduocaciam, quam tenuimus, seu ius aduocaticium in villa Vrach super bonis soluentibus annuatim nomine juris aduocaticij sex libras hallensium et xij denarios, xviij maldra siliginis, ix maldra auene onolspacensis mensure et xxxvj pullos, que ad estimationem xviij librarum hallensium se extendunt, a uenerabili patre, domino Mangoldo episcopo herbipolensi et capitulo ecclesie herbipolensis in feodum recognoscentes, vendidimus religiosis viris abbati et couentui monasterii in Halsbrunne, ordinis cysterciensis, pro trecentis et sex libris hallensium, accedente consensu predicti domini episcopi et licencia capituli memorati; ita tamen, ut redderemus indempnem predictam ecclesiam, ne fraudaretur debito numero vassallorum. Nos ergo, indempnitati predicte ecclesie et nobis consulere cupientes, bona nostra in villa Zilauwe, ad nos proprietatis titulo spectancia, tradidimus, assignauimus, tradimus et assignamus in hiis scriptis, transferentes dominium ac proprietatem in predictum dominum episcopum et ecclesiam herbipolensem ob restaurum et reconpensam bonorum in villa Vrach, que antea tenebamus in feodum ab eisdem, ac petentes, bona in Zilauwe infrascripta nobis in feodum porrigi nosque de eisdem inuestiri, quemadmodum de bonis in Vrach feodali titulo fuimus inuestiti. Bona autem in Zilawe sunt hec; videlicet curia Hofmanni, soluens tres libras hallen., xxiiij^{or} caseos, viij pullos; jtem bona Lederer, soluunt duas libras hallensium et dimidiam, vnum maldrum tritici, xxiiij^{or} caseos, viij pullos; jtem bona Bvzendorf, ij libras hallen. et dimidiam, vnum scheffel tritici, xvi caseos et vj pullos; jtem bona Lutzekarge, vnum schefel tritici, iiij^{or} metretas auene, xl denarios et iiij^{or} pullos; jtem bona Franconis, xl^{a} denarios, iiij^{or} metretas tritici, iiij^{or} auene mensure onolspacensis et iiij^{or} pullos; jtem bona Sthůsen, videlicet curia ze Pamgarten, ix vncias denariorum et x denarios, vnum schefel tritici, xij caseos et iiij^{or} pullos; jtem tenens aliam parte[m]te[m][1]) predicte curie, vij vncias et dimidiam denariorum, vnum schefel tritici, xij caseos, iiij^{or} pullos; jtem bona Beheim, soluunt xx den. Summa vero predictorum in estimatione ad pecuniam ad xviij libras hallensium se extendi

Et ut predicte ecclesie plenius caueatur, promittimus, quod super proprietate seu dominio predictorum bonorum litem sev questionem non mouebimus nec aliquid faciemus, per quod nostra traditio posset viciari uel eciam annullari, renunciantes juri proprietatis, feodali titulo contenti, nos vassallos predicte ecclesie recognoscimus et ad seruicia debita obligamus. Jn premissorum omnium et singulorum testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Hvius rei testes sunt: honorabiles viri Andreas de Gvndelvingen, prepositus, Heinricus decanus et Heinricus notarius noster; canonici onolspacenses, dictus de Gissendorf et Eberlinus de Cvlnsheim; milites, ac alii quam plures ad hoc uocati pariter et rogati.

Datum et actum jn castro sancte Marie juxta Herbipolim, anno domini M° CCC°, XV° kal. augusti.

[1]) Sic pro „partem"?

De tribus sigillis, quae fasciis membranaceis e his literis suspensa esse videntur, duo laesa appendent: Primo loco sigillum CO S · LVD CI DE · OETINGEN (conf. Löffelholz v. Kolberg, Oettingana, insignium tab. I), tertio loco sigillum ELIZABET COMITISSE (A et B, E et T ligata sunt), quod feminam in area stantem, utraque manu scutum tenentem exhibet; scutum sinistrum trabem e dextra obliquam, insigne familiae suae, advocatorum de Dornberg, continet.

2.

Jn nomine domini, amen. Nos Manigoldus dei gratia episcopus ecclesie herbipolensis, Heinricus prepositus, Arnoldus decanus et capitulum ecclesie predicte recognoscimus et in hiis scriptis publice confitemur, quod, cum nobiles virj Ludewicus et Fridericus comites de Oetingen et Elizabet vxor predicti Fridericj haberent aduocaciam seu jus aduocaticium in villa Vrach super bonis infra scriptis et redditibus — qui sunt: lxxx^a denarij, duo maldra siliginis, vnum auene, quatuor pulli, qui soluuntur singulis annis de bonis, que tenet Cunradus dictus In colle; jtem lxxx^a denarij, duo maldra siliginis, vnum auene,

pullos[1]) quatuor, qui dantur de bonis, que tenet Frize Osterbrunner[2]); jtem quinque vncie denariorum, tria maldra siliginis, quinque quartalia auene, quinque pulli, qui dantur de bonis, que tenet Cunradus dictus Vf der hûbe; jtem lxxx^a denarij, duo maldra siliginis, auene vnum, pulli quatuor, qui dantur de bonis, que tenet Heinricus Apud pontem; jtem Ruel Tayscherre xl denarios, siliginis vnum maldrum, auene vnum, pullos duos soluit de bonis, que tenet; Merklin Schûtlock de bonis, que tenet, siliginis vnum maldrum, auene vnum, pullos duos soluit; jtem Gûtiar de bonis, que tenet, xl denarios, siliginis vnum maldrum, auene vnum, pullos duos soluit; jtem Fridericus Schutlock soluit lxxx^a den., siliginis duo maldra, auene vnum, pullos quatuor; jtem Ziechendorfer quinque vncias denariorum, siliginis tria maldra, auene quinque quartalia, pullos quinque; jtem Houeman dictus Langeloch de curia, quam tenet, lxxx^a den., siliginis duo maldra, auene vnum, pullos quatuor soluit; jtem Rûel Rascher xij denarios; summa predictorum reddituum, qui dantur nominė juris aduocaticij de bonis predictis, in villa Vrach et marchia sitis, ad sex libras et quatuordecim hallenses, xviij maldra siliginis, ix maldra auene onolpacensis mensure et ad pullos xxxvj se extendit — que bona religiosi viri . . abbas et conuentus monasterij in Halsprunne, cysterciensis ordinis, eystetensis dyocesis, titulo proprietatis tenent et possident, dictique nobiles a nobis et ecclesia nostra predicta tenerent in feodum et eisdem religiosis pro suorum extenuacione debitorum aliarumque comoditatum iamdictam aduocaciam cum suis pertinenciis vendere decreuissent et etiam vendidissent pro trecentis et sex libris hallensium, jta dumtaxat, si de nostro procederet beneplacito et assensu, nobis ablato petitorio, cum instancia supplicantes petierunt, vt vendicioni predicte et empcioni pium accomodaremus assensum et transferremus omne jus, dominium, comodum vel vtilitatem, quod nos vel ipsi nobiles in bonis predictis haberemus vel habere videremur, cum ijdem nobiles in recompensam predictorum bonorum in Vrach et restaurum infrascripta bona ad eos proprietatis titulo spectancia — videlicet bona

in villa Zilauwe, vbi curia Hofmannj soluit tres libras hallensium, xxviij^{o} caseos, viij pullos; jtem bona, que tenet Lederer, soluunt duas libras hallensium et dimidiam, vnum maldrum triticj, xxiiij^{or} caseos, octo pullos; jtem Bůzendorf filius Houemannj duas libras hallensium et dimidiam soluit de bonis, que tenet, vnum scheffel triticj, xvj caseos et vj pullos; jtem bona Luze Karge vnum scheffel triticj, quatuor metretas auene, xl den. et quatuor pullos; jtem bona Franconis xl den., quatuor metretas triticj, quatuor auene mensure onolspacensis et quatuor pullos; jtem bona Slichssen, videlicet zeu Boungarten, ix vncias denariorum et decem denarios, vnum scheffel triticj, xij caseos et quatuor pullos; jtem tenens predictam curiam zehen Baugarten secum vij vncias denariorum et dimidiam, vnum scheffel tritici, xij caseos, quatuor pullos; jtem bona Beheim soluunt xx denarios; svmma vero predictorum sunt xij libre hallensium minus xl denariis, tria maldra tritici, auene vnum, summa caseorum lxxx^{a} iiij^{or}, summa pullorum xxxiiij^{or}; jtem bona in Hasegank duo maldra siliginis, vnum auene, vnam libram hallensium et sex pullos soluunt, que vocantur Mansus Vidue; jtem de bonis dicti Sewer dantur xxxiij den. — bona quidem plura et meliora obtulerint, resignauerint tradiderintque cum pleno rerum dominio nobis et ecclesie nostre, petentes eadem in feodum sibi porrigi et se, recepto ab eisdem fidelitatis homaio, investirj: nos ergo, peticionibus predictorum nobilium plenius intellectis et consideratis circumstanciis vniuersis, que ad concedendum predicta mouere nos poterant vel negandum, inquisicione ac deliberacione habita diligenti, jnuenimus, bona in Zilawe nobis et ecclesie nostre tradita pro bonis aduocacie in Vrach, quam iidem nobiles antea a nobis tenebant in feodum, plura, meliora, vtiliora et magis comoda nobis fore, attendimus etiam grata seruicia, que predicti nobiles ecclesie nostre et nobis fecerunt et facere poterunt in futurum, et quod ecclesia nostra non fraudatur debito numero vassallorum, pensantes insuper vtilitatem et comodum, quod exinde poterit prouenire dilectis in Christo abbati et conuentui prenotatis, quos gracioso prosequimur et fouemus affectu, necnon extorsionum,

vexacionum, angariarum, exaccionum aliarumque oppressionum, quas aduocatj in aduocaciis seu bonis aduocaticiis maxime contra monasteria facere consweuerunt, malicias amputatas et exinde fratrum indempnitati, paci ac tranquillitati, qui deum pacis cessantibus turbacionibus colunt liberius et contemplantur quiecius, prouide consultum votoque nobilium satisfactum, pio consideracionis acumine perlustrantes, peticionem supradictorum nobilium duximus admittendam, empcionem et vendicionem aduocacie in Vrach, prefatis fratribus et eorum monasterio factam, ratam et gratam habentes, jpsos in possessionem jurium supradictorum ville Vrach inducimus et plenum jus et dominium ad eosdem fratres libere spectare debere decreuimus, in eosdem nichilominus aduocaciam prefatorum bonorum [3]) in villa Vrach, seu jus aduocaticium, custodiam, guardiam seu vicedominatum et generaliter omne jus, dominium vtile vel directum, nobis in premissis competens, vel aliquid premissorum in hiis scriptis ex certa sciencia, de expressa voluntate predictorum nobilium transferentes, omnia supradicta laudamus, approbamus et, deliberacione preuia, confirmamus. Renunciamus insuper accioni doli mali, excepcionj decepcionis, prescriptis verbis et in factum accionj, condicionj ex lege seu canone descendenti, officio judicis, in integrum restitucioni, litteris impetratis et inpetrandis de gracia vel justicia et auxilio juris canonici vel ciuilis, per que predicta jn judicio vel extra viciarj possent, impugnarj vel eciam annullarj. Si qua vero ad robur et firmitatem faciencia presencium litterarum essent obmissa, pro ductis, tractatis concessis haberj volumus et expressis. Jn quorum omnium et singulorum testimonium nos Manegoldus episcopus predictus sigillum nostrum et Heinricus prepositus, Arnoldus decanus et capitulum ecclesie herbipolensis predicte sigillum capituli nostri presentibus duximus appendendum. Nos autem Ludewicus et Fridericus comites de Oetingen et Elizabet predicta, supradicta grata et rata habentes, omnia confitemur esse vera et ita esse acta de nostra voluntate et consensu, sicut in litteris presentibus disseruntur; et in testimonium ac robur consensus nostrj sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Testes autem, qui interfuerunt, sunt hii: videlicet honorabiles virj Arnoldus decanus, Andreas de Gundeluingen in Orengowe et in Onolzpach, Wolframus Noui monasterij, Erkenbertus de Starkenberg Mosbacensis ecclesiarum prepositi, Wernherus de Tannenberg, Sifridus de Wechmar et Heinricus de Rannenberg archidiaconj et omnes canonicj ecclesie herbipolensis, Heinricus de Kacenstein, canonicus Noui monasterij herbipolensis, Heinricus decanus ecclesie onolspaciensis, religiosi virj Hartmûdus et Heilmannus, fratres et monachi monasterij in Halsprunne, et alij quam plures fidedignj, rogati pariter et vocati.

Datum et actum in Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo, septimo kallendas octobris, in capitulo ecclesie nostre herbipolensis predicte.

[1]) Sic pro „pulli". [2]) Originale „Ostrerbrunner" habet, at primum r puncto sub eo posito deletum est. [3]) Hic verbum „nobilium" punctis sub eo positis deletum est.

De quinque sigillis fasciis membranaceis e his literis, ut videtur, suspensis duo tantum, capituli ecclesiae maioris herbipolensis et comitis Ludewici sigilla, laesa remanebant.

XXXV.

1310, die 5 novembris.

Fridericus de Stalberg, archidiaconus herbipolensis, recognoscit, sibi comitem Heinricum de Hennenberg omnes redditus villae Alparshûsen ad tempus vitae tradidisse.

Nos Fridericus de Stalberg, archidiaconus herbipolensis, publice recognoscimus presentibus et futuris, quod nobilis vir comes Heinricus de Hennenberg, auunculus noster dilectus, dedit, tradidit et donavit nobis per tempora vite nostre omnes redditus suos ville Alparshûsen cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ratione consanguinitatis seu dileccionis, qua nos idem comes amplectitur, specialis, per nos tenendos et per tempora vite

nostre, ut predicitur, possidendos, transferens in nos omne ius, quod sibi in dicta villa competebat vel competere videbatur. Confitemur preterea, predictos redditus sub condicionibus et pactis predictis nobis per eum traditis[1]) deuolui debere seu redire in manus suas et suorum heredum toto iure et plena libertate hactenus, quatenus possedit, cum carnis debitum solverimus moriendo. In evidentiam et certitudinem premissorum has damus literas nostri sigilli karactere roboratas.

Huius facti sunt[2]): nobilis vir Bertoldus comes in Hennenberg, auunculus noster dilectus, Fridericus de Tungeden, Bertoldus de Bibera, milites; Theodericus de Heustreuwe, armiger; et alii quamplures fide digni.

Datum anno domini millesimo CCC° X° feria quinta post festum omnium sanctorum.

[1]) Sic pro „traditos". [2]) Hic „testes" excidisse videtur.
Sigillum FRIDERICI · DE · STALBER · · · IACONI HERBIPOL. fascia de ipsarum literarum membrana confecta suspensum est.

XXXVI.

1311, die 18 julii.

Salmûdis, relicta Sifridi de Lare, et Witicho clericus Conrado de Vilingen, vicario ecclesiae herbipolensis, redditus super vineto in Klebehart vendiderunt, vinetum ipsum ei resignarunt et pro annua pensione possidendum ab eo receperunt.

Jn nomine domini, amen. Nouerint vniuersi presencium inspectores, maxime autem hij, quorum interest, quod ego Salmûdis, relicta quondam Sifridi de Lare, et Witicho clericus, filius quondam Germûdis filie mee, vendidimus, dedimus et tradidimus necnon iusto vendicionis tytulo vendimus, damus et tradimus per presentes honesto viro, domino Conrado dicto de Vilingen, vicario ecclesie herbipolensis ad altare sancti Stephani herbipolensis in cripta, ementi et recipienti pro se et sua

vicaria predicta, redditus duarum librarum hallensium cum dimidia, soluendos sibi annis singulis in festo sancti Martini episcopi, super duobus jugeribus vineti nostri, siti in vineto dicto Klebehart sub rupe iuxta castrum beate virginis In der Kůnebach, cum vineto Methildi dicte Willemůtin ex vna et cum vineto Heinrici kamerarij domini . . abbatis de sancto Burchardo extra muros herbipolenses ex parte altera confinati, pro precio viginti et quinque librarum hallensium. Quod quidem precium recognoscimus, nos in parata et numerata pecunia integre habuisse, recepisse et in vsus nostros vtiles et necessarios conuertisse. Resignantes dictum vinetum ore, manu, calamo, vt est moris, emptori prenotato et recipientes ipsum vinetum ab eodem emptore pro dicta annua pensione in antea perpetuo possidendum. Promittimus nichilominus prefato emptori de euictione dicti vineti et iure percepcionis dictorum reddituum plene cauere et facere warandiam, werschaft wlgariter nuncupatam, que de rebus proprietarijs fieri est consueta. Pro qua quidem warandia facienda et euictione cauenda ponimus sepedicto emptori in fideiussores Woluelinum dictum Margraue et Conradum de Lare, ciues herbipolenses. Qui fideiussores moniti, si antedictum emptorem aut suum successorem in dicta vicaria sua aliquod dampnum seu impedimentum in premissis seu aliquo eorundem sustinere contigerit, in obstagium se recipere tenebuntur apud hospitem publicum, expensas in dampnum nostrum facturi more fideiussorio et deinde non exituri, donec huiusmodi dampnum seu impedimentum per nos amotum fuerit totaliter et sublatum. Sane, si aliquis fideiussorum cesserit vel decesserit, alterum eque ydoneum promittimus substituere infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstes monitus se recipiet modo premisso in obstagium, donec talis substitucio compleatur. Jtem deductum est in pactum, quod, quandocumque et quocienscumque nos in solucione dictorum reddituum per nos dicto emptori facienda in dicto sancti Martini festo aut infra octo dies proxime sequentes extiterimus aut nostri heredes extiterint negligentes, tociens dare tenebimur censum duplicatum nomine pene emptori prenotato; et nichilominus prefati

fideiussores moniti se recipere tenebuntur in obstagium modo premisso, donec predicti redditus et pena predicta antedicto emptori persoluantur indempniter, integre et solute. Nos quoque fideiussores predicti ad exoluendum dictum fideiussionis debitum eo modo, quo predicitur, nos presentibus obligamus. Licitum est tamen nobis, venditoribus predictis, et nostris heredibus, a predicto emptore ex speciali gratia nobis facta dictos redditus reemere pro precio antedicto ab hinc vsque ad festum kathedre sancti Petri et deinde ad duos annos proxime et continue sequentes, quocumque anno voluerimus, ita quod huiusmodi reempcio dictum festum kathedre sancti Petri precedat. Ego quoque Lugardis, pegina de Geulichesheim, recognosco per presentes, dictum contractum de meo consensu fore factum. Renunciantes super premissis singulis et vniuersis excepcioni non numerate, non habite et non solute pecunie, excepcioni doli mali necnon omni auxilio iuris canonici et ciuilis, per quod dictus contractus aut aliquid in eo contentum possit per nos aut per alios de iure seu de facto aliqualiter retractari. Jn quorum omnium testimonium premissorum presentem literam sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis sibi dedimus communitam. Quod nos . . officialis iamdictus ad peticionem dictarum parcium nostrum sigillum duximus presentibus appendendum in testimonium premissorum.

Datum anno domini M° CCC° vndecimo, proxima die dominica ante diem sancte Marie Magdalene.

Testes huius rei sunt: dominus Heroldus de Breitingen, dominus Heinricus de Crutheim, dominus Conradus de sancto Leonhardo, vicarij ecclesie herbipolensis; Sifridus, Jacobus, gener quondam dicti Panthir, Gerungus tabellio et alij plures ad hoc vocati pro testibus et rogati.

Has literas damus ex apographo a. 1333, die 24 martii ab officiali curiae herbipolensis vidimato, cuius sigillum fascia de ipsarum literarum membrana confecta appendet mutilatum. His literis cedula officialis eiusdem curiae transfixa est, qua a. 1349, die 13 julii Petrus dictus Wytich, canonicus Nouimonasterii, se fideiussorem loco Cunradi de Lare constituit.

XXXVII.

1314, die 6 februarii.

Capitulum maioris ecclesiae recognoscit, quos articulos in episcopum assumptus observabit.

Nos Wolframus prepositus, Golstenus . . decanus totumque capitulum ecclesie herbipolensis recognoscimus, tenore presencium publice profitentes, quod nos, matura deliberatione prehabita omniumque nostrum interueniente consensu vnanimi, ad precauendam omnem dissensionis materiam ac pro bono et tranquillo statu ecclesie iurauimus singuli nostrum, sollempniter tactis sacrosanctis ewangeliis, infrascriptos articulos nos, prout subiungitur, inuiolabiliter obseruaturos. Jta videlicet, vt, si quis ex nobis in presenti vacatione sedis nostre episcopalis assumptus fuerit, concedente domino, in herbipolensis ecclesie episcopum et pastorem, eosdem infra scriptos articulos inuiolabiliter et efficaciter absque dolo, fraude et vara quibuslibet obseruabit nec vllo vnquam tempore contraueniet per se, alium vel alios, directe vel indirecte, studio seu cautela. Jurauimus eciam, vt, si quis ex nobis in episcopum assumptus fuerit, recognoscet publice suis litteris, suo episcopali sigillo sigillatis, et se in eisdem litteris firmiter ac fideliter obligabit ad omnium et singulorum articulorum infra scriptorum inuiolabilem obseruanciam et fidelem. Hij vero sunt articuli infrascripti, per episcopum herbipolensem obervandi:

Feoda regalia ab ecclesia nullatenus alienabit. Aduocacias eciam super possessionibus episcopalibus et canonicorum herbipolensium ac aliarum ecclesiarum seu monasteriorum ciuitatis

ac dyocesis herbipolensis, quas vacare contingerit, non alienabit, sed sibi et ecclesie herbipolensi retinebit, nec easdem aduocacias seu eciam alia feoda vno resignante alij vel aliis conferet, nisi recipiens iure feodali fuerit heres iustus. Jtem feoda magna, que vacare in posterum contigerit, videlicet ultra viginti libras hallensium in reditibus habencia, nulli conferet nec ab ecclesia alienabit sine consilio capituli ac consensu. Jtem feoda collata per felicis recordationis dominum Andream episcopum herbipolensem nobili domine relicte illustris principis domini Hermanni quondam marchionis brandenburgensis[1]) alij vel aliis nequaquam conferat sine consensu capituli, nisi secundum tenorem litterarum super eo confectarum et sigillo capituli sigillatarum. Jtem aduocacias ecclesiarum ac bonorum ecclesiasticorum, que ab episcopo procedunt in feodum, non conferet, nisi tantum vni, eciam si plures heredes fuerint, qui in aduocacia huiusmodi se dixerint ius habere.

Jtem, quod episcopus faciat cudi monetam in ciuitate herbipolensi vel alibi, vbi cum capitulo deliberauerit; idem faciat de puritate denariorum, de pondere et de mutatione monete; et ferto denariorum reponetur in camera.

Jtem archydyaconatus et custodiam nulli conferet nisi fratribus capituli et in sacris ordinibus constitutis.

Jtem consiliarios habebit . . prepositum maiorem et decanum, qui pro tempore fuerint, et alios duos, quos ad hoc elegerit de fratribus capituli, quorum consilio vtetur.

Jtem nullam vnionem seu incorporationem parrochiarum faciat, nisi de consilio capituli et consensu; et si que facte sunt, et specialiter, quod circa parrochialem ecclesiam in Brenden et in Slůsungen, circa earundem ecclesiarum alienationem, cum preter capituli consensum factum dinoscatur, reuocet cum effectu et capitulum in prosecutione sui iuris super prefatis parrochiis fideliter et efficaciter promouebit nec eisdem alienationibus quoquo modo consenciat sine consensu capituli speciali. Jtem super iure patronatus ecclesie in Karlstat non impetet seu moleste capitulum in iudicio vel extra quoquo modo, set possessor

oblationis in Aschfelt prefato iure patronatus libere vti et frui permittat.

Jtem nullam exactionem, collectam vel precariam, quocunque nomine censeatur, imponat clericis secularibus seu religiosis ciuitatis et dyocesis herbipolensis communiter, seu in aliquos diuisim sine consensu capituli maioris ecclesie. Jtem de bonis canonicorum herbipolensium nullum theloneum in aliquo loco recipiet. Jtem, quod ab hominibus custodie attinentibus precariam non exigat nec eos ad hoc compellat. Jtem hominibus propriis episcopi, residentibus in oblationibus canonicorum, hereditariis vel non hereditariis, precariam non imponat, prout hoc melius haberi poterit ex antiqua noticia seu consuetudine et prout hoc melius poterit edoceri, non obstante, si hoc forte per aliquos episcopos foret aliquociens interruptum. Jtem in oblationibus nostris, precipue vbi nullum ius aduocacie habet, et in villis preposituræ nostre attinentibus nullum dampnum faciet, videlicet hospicia recipiendo. Jtem omnia bona ad oblationes et prebendas nostras spectancia tam brachio temporali quam spiritali tamquam sua propria defendat.

Jtem prepositum maiorem in iurisdicione temporali, quam habet in loco, qui dicitur Rynnewege, et specialiter circa offensam, que dicitur bluwerat, non impediat quoquo modo, nec in aliis suis iuribus.

Jtem ius prepositi maioris, quod habere dinoscitur in ciuitate herbipolensi in iudicio spirituali, necnon omnia iura archydyaconorum illesa conseruabit. Jtem presentatos ad ecclesias parrochiales, in quibus possessores oblationum nostrarum ius patronatus habere dinoscuntur, archydyaconos absque episcopi investitura libere investire ac curam animarum conferre permittat, prout hoc ex antiqua consuetudine est obtentum. Jtem causas coram eis inceptas ad se non reuocet nec eis inhibeat, ne procedant. Jtem processus et sentencias archydyaconorum non retractet vel relaxet, nisi iuris ordine observato. Jtem inquilino curie oblationis nostre in Randesacker precariam non imponat. Jtem ciues in Karlestat cum effectu ad hoc compellat, vt super

excessu perpetrato contra capitulum, videlicet quod officiatum ipsis per capitulum sede vacante deputatum admittere seu recipere rennuerunt, fidei sue immemores, talem satisfactionem et emendam capitulo faciant, ita quod capitulum sit contentum et transeat ceteris presumptoribus in exemplum.

Jtem duos mansos in Karleburg dimittat oblationi in Vzzenheim, donec duo mansi in Vzzenheim, obligati per episcopum, recuperati libere fuerint ad eandem oblacionem, prout in litteris domini Bertoldi, quondam episcopi herbipolensis, plenius continetur.

Jtem societatem, que zumpht dicitur, in ciuitate herbipolensi non imponat nec imponi quoquo modo permittat, nec ullo unquam tempore eadem societas resumatur.

Jtem super castro Frankenberg et opido Ochsenfurt non impetet nec inquietet capitulum in iudicio vel extra, quouis modo, studio, ingenio seu cautela.

Jtem, si aliquis canonicorum ciuitatis herbipolensis intestatus decesserit, fidecommissariis suis, secundum antiquam nostram consuetudinem electis, relinquet de omnibus liberam ordinacionem, et omnia testamenta nostra sine impugnatione qualibet rata tenebit. Jdem eciam circa testamenta vicariorum omnium ecclesiarum ciuitatis herbipolensis per omnia obseruabit. Rectores eciam ac vicarios parrochialium ecclesiarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis nullo modo molestet nec molestari per aliquos permittat in bonis quibuslibet per ipsos relictis, sed futuro successori fideliter reseruentur, nisi de aliquibus fecerint testamentum in casibus, in quibus de iure possunt condere testamentum, et contra molestatores huiusmodi, si qui fuerint, spiritualiter et temporaliter vsque ad plenam satisfaccionem procedet; archydyaconus eciam loci contra eosdem molestatores, quantum poterit, procedet.

Jtem prepositum in Hauge in sua iurisdicione temporali, quam ab antiquo habere dinoscitur, contra iusticiam non impediat quoquo modo.

Jtem, cum obseruantur sollempnes processiones, captiui quilibet, prout antiqua consuetudo id optinet, sine difficultate qua-

libet et absque omni vara liberi dimittantur; nec captiui ante tempus processionis in fraudem processionum condempnentur vel ad alia loca captiuitatis ponantur. Si quis autem scultetus seu iudex contra premissa impedimentum prestiterit, quo minus premissa fuerint observata, jdem scultetus seu iudex ab officio sculteti seu iudicis, cum primum hoc episcopo notificatum fuerit, ipso facto per dominum episcopum absque aliqua spe gracie remoueatur ad annum, a tempore impedimenti perpetrati numerandum. Famuli vero ipsorum, similiter hec impedientes, officiis ipsorum circa iudicium ad annum, a tempore impedimenti perpetrati numerandum, sint priuati, saluis aliis penis nobis contra predictos scultetos seu famulos predictos competentibus pro tanta iniuria et offensa. Processiones autem, de quibus premittitur, sunt iste: processio in festo palmarum, jtem in festo beati Marci, jtem in tribus diebus rogationum, jtem in festo penthecosthes et duabus diebus sequentibus, jtem in vigilia beati Johannis baptiste, jtem in vigilia apostolorum Petri et Pauli, jtem in die beati Kiliani, patroni nostri, jtem in vigilia beati Jacobi apostoli, jtem in die beati Cyriaci, jtem in vigilia assumpcionis beate Marie virginis.

Jtem Waltero de Seckendorf, militi, omnes et singulos articulos fideliter et integre obseruabit, ad quorum obseruanciam bone memorie dominus Andreas herbipolensis episcopus eidem militi se astrinxit.

Jtem nobili domine . . relicte quondam nobilis viri de Trinperch omnes et singulos articulos fideliter et integre obseruabit, ad quorum obseruanciam bone memorie dominus . . herbipolensis episcopus eidem domine se astrinxit.

Datum Herbipoli, anno domini M°CCC°XIIIJ°, feria quarta post festum purificationis beate virginis.

[1]) Anna, filia Alberti regis Romanorum.

Sigillum capituli maioris ecclesiae herbipolensis fascia membranacea appendet paulum laesum.

XXXVIII.

1316, die 3 julii.

Capitulum maioris ecclesiae appropriationes bonorum feodalium in Buchele aliisque locis, a Bertoldo et Manegoldo episcopis, aliis bonis in recompensam acceptis, domui hospitali sancti Johannis in Buchele factas, ratas habet.

Jn nomine domini, amen. Nos Wolframus de Grumbach, prepositus, Goltsteinus de Riedern, decanus, et .. capitulum ecclesie herbipolensis ad vniuersorum et singulorum, tam presencium quam futurorum, noticiam cupimus peruenire, quod, cum, sede episcopali vacante, nobilis vir, dominus Lvdewicus de Rienecke, dictus de Rotenvelse, contra ecclesiam nostram graue bellum moueret, homines pro ipsius ecclesie nostre defensione congregati manu armata, nobis inscijs et ignaris, viris religiosis .. commendatori et .. fratribus domus hospitalis sancti Johannis in Buchele ad estimationem quingentarum librarum hallensium et amplius dampna, vt asserunt, irrogarunt incendijs et rapinis. Veniens igitur ad nos venerabilis et religiosus vir, frater Bertoldus de Hennenberg, prior sacre domus sancti Johannis hospitalis jerosolimitani per Bohemiam et Poloniam et commendator domus herbipolensis, vna cum fratribus suis, qui etiam exnunc prout extunc dicte domuj in Buchele, vtpote subiecte ipsi domuj herbipolensi, preesse dinoscitur, nobis humiliter supplicarunt, vt eidem domuj in Buchele et ordini dampna tam enormia, per nostros homines, vt predicitur, irrogata et per nos non precauta, refundere curaremus. Vnde post tractatus varios et diuersos, inter nos vtrimque super refusione huiusmodi dampnorum habitos, tandem supradictus .. prior et commendator amice intuens, quod ad presens eris copia nobis deest,

etiuit, quod, quia felicis recordationis quondam dominus Bertoldus et dominus Manegoldus, successiue episcopi herbipolenses, prefate domui in Buchele et ordini nonnullas decimas et bona alia, in literis super hoc confectis expressa et inferius etiam annotata, incorporare et in proprium donare curarunt, resignata a laycis, qui illa in feodum ab ipsis et ecclesia nostra predicta tenebant, et alia sua propria in recompensam ipsarum decimarum et bonorum feodalium ipsis episcopis et ecclesie resignata et in feodum ab eis resumpta pariter et recepta[1]), nos huiusmodi bonorum incorporationes et donationes, dicte domuj in Buchele et ordini sic factas, consensu nostro ratificare in recompensam et refusionem dampnorum, de quibus predicitur, dignaremur. Considerantes itaque, bona in recompensationem recepta prelibatis decimis et bonis in proprietatem donatis, estimatione nostra prehabita, preualere, predictique fratris Bertoldi, prioris et commendatoris, peticioni pro bono pacis et concordie, sic inter nos facte, fauorabiliter annuentes, jncorporationes et donationes decimarum et bonorum supradictorum, que plene inferius exprimuntur, per prefatos quondam episcopos modis infrapositis dicte domuj et ordini perpetim sic factas, ratas et gratas habemus et eisdem consensum nostrum expressum ex certa sciencia presentibus adhibemus. Decime vero et bona sic incorporata et donata et bona in recompensam resignata et in feodum recepta, sicut illa in litteris dictorum dominorum episcoporum super hijs datis colligi fecimus, sunt hec: Decima illa in Buchele et minuta decima ibidem, per quondam dominum Bertoldum episcopum dicte domuj in Buchele appropriata, quas Heroldus et Heinricus fratres de, Bernrode in feodo tenuerunt, ad valorem triginta librarum hallensium estimate; jn quarum restaurum allodium in Hergolshusen et septem vinearum jugera ecclesie herbipolensi fuerant resignata. Jtem decima illa in Buchele, quam Ludewicus de Retestat tenuit, que sine recompensa fuit a quondam domino Bertoldo episcopo pro anime sue remedio dicte domuj appropriata, pro quadraginta libris hallensium estimata. Jtem illa pars decime in Buchele, quam tenuit Conradus, filius

Conradi de Tulbe, per quondam dominum Bertoldum episcopum pro remedio anime sue sine recompensa ipsi domuj appropriata, pro viginti libris hallensium estimata. Jtem decima frumenti et vini in territorio ville Wenigensteten, pro quinquaginta libris hallensium estimata, quam tenuit Lutzo de Arnstein, per quondam dominum Manegoldum episcopum ipsi domuj appropriata; in cuius recompensam septem jugera vinearum, sita retro castrum Binzvelt, ab ipso Lutzone fuerant resignata et ab eo et Woluoldo sororio suo in feodum sunt recepta. Jtem decima vna super agris in valle dicta Steinbach sitis, inter Grumbach et Buchele, ipsi domuj ad instanciam Conradi et Eckehardi armigerorum dictorum de Grumbach, qui illam tenuerunt, per quondam dominum Manegoldum episcopum appropriata; pro cuius recompensa dictus Conradus trium maldrorum siliginis redditus et ipse Eckehardus duorum maldrorum siliginis redditus super curijs suis sitis in Grumbach resignarunt et in feodum receperunt. Jtem due partes decime in villa Bibergeuwe, pro centum et septuaginta quinque libris hallensium estimate. Jtem decima vna in Buchele, pro sexaginta libris hallensium estimata. Jtem quedam alia bona in Buchele sita, empta a . . dicto Bambast pro decem et septem libris hallensium. Jtem quedam alia bona, in Willebrehtshusen sita, que quondam fuerunt Theoderici de Aphels, pro sexaginta quinque libris hallensium estimata. Jn quorum omnium recompensam Eber miles de Randesacker et Heinricus filius suus, Theodericus filius Vlrici, fratris sui, et Eber filius quondam Eber, militis ibidem, qui decimas et bona predicta dicte domuj pro animarum suarum remedio donarunt et ad eorum instanciam dictus quondam dominus Manegoldus episcopus ipsi domui appropriauit, ac ducenta jugera campestria, sita inter Randesacker et Jsolfstat, sua propria, ad valorem quadringentarum librarum hallensium estimata, resignarunt et in feodo receperunt. Jn quorum omnium premissorum testimonium euidens atque robur hoc instrumentum conscribi fecimus et sigillo nostri capituli roborari.

Actum et datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo sextodecimo, quinto nonas julij, presentibus domino Wolframo preposito et domino Goltsteino decano, predictis; domino Rudolfo de Rotenstein et domino Vlrico de Kirchperg, custode, canonicis ecclesie nostre supradicte; magistro Heinrico de Haygingen, canonico ecclesie sancti Johannis in Hauge; Heinrico dicto de Katzenstein, canonico ecclesie Noui monasterij herbipolensis; item fratre Bertoldo de Hennenberg, fratre Johanne de Rosenstein, fratre Bertoldo de Buchele, hospitalarijs; item Andrea dicto Zobel, Volkero de Tungersheim et Kunone de Rebstok, militibus; et pluribus alijs testibus fidedignis.

[1]) Hic verbum „sunt" deesse videtur.
Sigillum capituli maioris ecclesiae herbipolensis filis sericis rubri coloris appendet mediocriter conservatum.

XXXIX.

1318, die 1 julii.

Gotfridus episcopus decimam in Arnaldesbach, a Hermanno et Eberhardo de Tvnnevelt et Bertoldo comite de Henneberg resignatam, coenobio in Marpurghvsen appropriat, vineis in Inferiorj Vrheym in feodum substitutis.

Gotfridus dei gratia episcopus ecclesie herbipolensis. Recognoscimus publice vniuersis, presentibus et futuris, quod constitutj in nostra presencia Hermannus et Eberhardus fratres de Tvnnevelt, armigeri, literas nobilis virj comitis Bertoldi de Henneberg nobis exhibuerunt, jn quibus jdem comes et dicti armigeri viua voce nobis humiliter supplicarunt, vt decimam in Arnaldesbach, quam idem comes a nobis et ecclesia nostra et dicti armigeri ab eodem comite in feodum tenebant, nobis libere resignatam, recipere et religiosis dominabus . . abbatisse et conuentuj cenobij sanctimonialium in Marpurhvsen, ordinis cysterciensis, ipsique cenobio donare et appropriare fauorabiliter dignaremur. Jidem quoque armigeri in

reconpensam eiusdem decime duo jugera vinearum, sita in Inferiorj Vrheym, vnum videlicet in superiorj et alterum in inferiorj parte montis vinetorum dicte ville, ipsis proprietario jure pertinencium, ad manus nostras libere resignauerunt, a nobis et ecclesia nostra per dictum comitem tytulo feodi tenenda et possidenda, quibus omnibus dictus comes per suas patentes literas, nobis missas, expresse consenciens acquieuit. Nos itaque attendentes, ex hoc condicionem ecclesie nostre fierj meliorem, et quia pium est et fauorabile, de laycorum manibus decimas extrahi et ecclesiasticarum personarum vsibus applicarj, ipsorum precibus inclinati, predictas resignaciones ratas habentes, prefatam decimam supradicto cenobio donamus et appropriamus, jure merj proprij perpetuo possidendam, omne jus nostrum et ecclesie nostre, quod in eadem nobis competebat, in prefatum cenobium Marpurghvsen cum pleno rerum dominio transferentes. Jn cuius rei testimonium, certitudinem atque robur presentes nostrj sigilli patrocinio fecimus communirj.

Datum anno dominice jncarnacionis millesimo trecentesimo decimo octauo, kalen. julij, pontificatus nostrj anno primo.

Sigillum Gotfridi episcopi (conf. Heffner l. c., pag. 44, sub num. 56) fascia membranacea appendet diffractum.

XL.

1323, die 11 augusti.

Lupolt Kuchenmeister von Nortenberg erklärt es als dem Verleihungsrechte der Bischöfe von Wirzburg unschädlich, dass Bischof Wolfram die Kirche zu Binoltspach einem für den Priesterstand noch zu Jungen verliehen hat.

Jch Lupolt Kuchenmeister von Nortenberg, ein ritter, thůn kunt allen den, die disen brief sehen, lesen oder horen lesen, daz ich bekenne mime erbern herren, hern Wolframe dem byschof zů Wirzeburg vnd allen sinen nachkumen an dem

bischtume, daz zwischen minen altfordern vnde byschof Herman seligen von Wirzeeburg wart gemachet eyn sulcher satz vnd eyn richtunge vmme den kirchsatz zv̊ Binoltspach, daz si vnde ir erben solten die vorgenanten kirchen lyhen also bescheideliche, daz si entwurten zv kirchherren vffe die pfharre eynen erbern man, der da priester wurde vnde selber vffe der kirchen seze; were aber, daz des nicht geschehe, vnde wurde ez nicht wider tan inder achte tagen, so solte vurbaz ewigkliche, wer byschof zů Wirtzeburg were, den vorgenanten kirchsatz lihen. Dis rechtes bekenne ich mime vorgenanten herren dem byschof vnde sinen nachkumen vnde wil, daz ez in an dem vorgenante rechte nicht schade, daz er hat gelihen die kirchen zu Binoltspach Henriches sun, Heinriche von Vfkirchen, darvmme, daz er vor jugent zv disen male nicht mag priester werden. Daz dise rede vnde tat gantz vnde stete blibe, des han ich disen brief darvber lazen gemachet vnd mit mime jngesigel gesigelt.

Jn deme jare, do man zalte von vnsers herren geburten tusent jar, drv̊ hundert jar vnd drv vnt zwenzig jar, an dem donerstage von sand Ciriacus tage.

Sigillum LIVPOLDI CO NORTENBER , quod scutum ter per transversum sectum exhibet, cui galea ornata cum tegumento imposita est, fascia de ipsarum literarum membrana confecta appendet laesum.

XLI.

1324, die 17 februarii.

Wolframus episcopus Fridericum burcgrauium de Nuremberg in castrensem haereditarium ad castrum Swanembergc recepit et quingentas libras hallensium pro feodo castrensi super villis Bernheim et Herboltsheim ei deputavit.

Wolframus dei gratia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis. Jnspectoribus presencium recognoscimus publice vni-

uersis, presentibus et futuris, quod nos, viri nobilis Fridericj burcgrauij de Nuremberg grata et fructuosa obsequia, nobis et ecclesie nostre impensa ac in posterum impendenda, grato animo respicere cupientes, jpsum in nostrum et ecclesie nostre castrensem hereditarium ad castrum nostrum Swanemberge recepimus et recipimus per presentes sibique pro castrensi feodo super villis Bernheim et Herboltsheim ac ipsarum pertinencijs vniuersis, ei dudum ab ecclesia nostra predicta pro certa quantitate pecunie nomine pignoris obligatis, quingentas libras hallensium deputauimus et presentibus deputamus. Jta sane, quod, quamprimum nos, successor noster pro tempore aut capitulum, sede nostra episcopali vacante, villas predictas cum suis pertinencijs vniuersis pro illa summa pecunie, pro qua dicto Friderico burcgrauio pridem obligate noscuntur, ab ipso aut heredibus suis aut successoribus in illis duxerimus redimendas, extunc illas quingentas libras hallensium, ei pro castrensi feodo, ut premittitur, deputatas, sibi aut heredibus suis persoluere tenebimur et integraliter assignare. Quas extunc in quinquaginta librarum hallensium redditus certos infra duo miliaria a dicto castro nostro conuertet aut de bonis suis proprijs, que pacifice possidet, tantundem redditus in nostris aut successoris nostri, qui pro tempore fuerit, manibus libere resignabit, tenendos deinceps a nobis et dicta ecclesia nostra iure castrensis feodi ac perpetuo possidendos. [illegible] etiam F[illegible] nobis et sepedicte ecclesie nostre vice[illegible] assistere et huiusmodi castrense feodum fideliter deseruire [illegible] prout [illegible] corporali [illegible] prestito juramento. Et [illegible] sigillum [illegible] presentibus [illegible] appendendum.

[illegible] Anno Domini M°CCC°XXXIIII°, XIIII° [illegible]

[illegible]

[illegible] ut videtur, [illegible]

XLII.

1325, die 19 novembris.

Ludewicus de Franckenstein, a Wolframo episcopo in castrensem ad oppidum Meyningen assumptus, et Alheidis de Wilnauwe, conthoralis eius, actionibus suis contra ecclesiam herbipolensem renuntiant.

Nos Ludewicus dominus de Franckenstein et domina Alheidis de Wilnauwe, conthoralis sua, recognoscimus publice vniuersis, presentibus et futuris, quod, quia reuerendus in Christo pater et dominus noster, dominus Wolframus episcopus herbipolensis nos, Ludewicum predictum, in suum et ecclesie sue castrensem ad oppidum Meyningen assumpsit nobisque et heredibus nostris sedecim libras hallensium, de precaria sua ibidem in festo beati Martini annuatim soluendas, pro castrensi feodo deputauit, prout in litteris ipsius, nobis super eo datis, plenius continetur: nos vniuersis et singulis actionibus, que nobis aut heredibus nostris contra eundem dominum Wolframum et ecclesiam suam competunt sev competere poterunt, renunciamus expresse omniaque et singula jnstrumenta et quaslibet literas, per que et quas ecclesia herbipolensis predicta nobis sev heredibus nostris ex quacumque causa obligata esset in aliquo uel astricta, literis super premisso castrensi feodo ac contractu vendicionis medietatis castri Waldemburg, per nos eidem domino Wolframo et ecclesie sue facte, nobis datis duntaxat exceptis, omnino carere volumus viribus et effectu nobisque sev heredibus nostris aut cuiquam alteri nullius esse debent nec poterunt firmitatis, vigoris, roboris vel momenti. Et in euidens testimonium

[illegible] ex [illegible] appendentium.

[illegible] anno domini M [illegible]

[illegible]

XLIII

[illegible] 2 mai.

[illegible] in Aschach committit, quatenus H[illegible] de Henneberg eiusque complices ab excom[illegible] ex captivitate clerici cuiusdam [illegible]erunt.

W[illegible] gratia episcopus herbipolensis dilecto [illegible] in Aschach salutem in domino. [illegible] per captiuitatem et detencionem in captiui[illegible] H[illegible] dicti Kenel clerici in acolitatus ordine constituti, [illegible] nostrum suggestum existit, per nobilem virum H[illegible] comitem de Hennenberg seniorem necnon Her[illegible] dictum de Welnkein, officiatum eius, et suos in hac parte [illegible] comitis seruitores, nuper factas pure [illegible] per presentes tibi committentes presentibus, quate[illegible] comitem et eius seruitores predictos, postquam dictum H[illegible] pristine libertati restituerint, a sententia excommunicationis quam incurrisse noscuntur ex predictis factis, et penituerint et deuote pecierint, nostro nomine absoluas, iniungens eis [illegible] per premissis penitentiam salutarem. . . Comiti

etiam et suis seruitoribus antedictis pro factis memoratis nullo vmquam tempore aliquam mouebimus questionem nec etiam grauamina aliqua eis spiritualiter et temporaliter inferemus. Cessacionem etiam per te seruatam a diuinis occasione dicti Heinrici detenti in tua parrochia, ut dicitur, presentibus relaxamus.

Datum sub sigillo nostro in euidens premissorum testimonium atque robur, sub anno domini M°CCC°XXVJ°, feria quinta post diem sancti Vrbani.

Sigillum Wolfrani episcopi (conf. Heffner l. c. pag. 44—45 sub num. 57) fascia de ipsarum literarum membrana confecta appendet fractum et dextera parte valde laesum.

XLIV.

1329, die 28 septembris.

Officialis praepositi ecclesiae herbipolensis plebano maioris ecclesiae mandat, quatenus ad contradicendum praesentationi Heinrici Virnekorne ad capellam zû dem Kúchinmeyster Herbipoli factae omnes, quorum intersit, citet.

. . officialis domini Ber. de Grumbach, prepositi ecclesie herbipolensis, . . plebano maioris ecclesie ibidem vel eius vices gerenti salutem in domino. Veniens ad nos Heinricus natus Friczonis dicti Virnekorne, clericus, nobis humiliter suplicauit, vt, cum ipse ad capellam sitam in curia zû dem Küchinmeyster in Herbipoli, ex libera resignacione Ottonis dicti Virnekorne, canonici Noui monasterii herbipolensis, vacantem, per discretum virum Künonem, ciuem herbipolensem, natum quondam Friczonis dicti Virnekorne prefati, se patronum predicte capelle asserentem, sit canonice presentatus, ipsum de cura dicte capelle dignaremur fauorabiliter

[illegible] nemini cit[illegible] [illegible] valentes, vobi[illegible] [illegible] die et hor[illegible] [illegible] publice generalem [illegible] aut qui[3] [illegible] ad dicen[illegible] [illegible] presentati[illegible] [illegible] competierit [illegible] comparuerit [illegible] predicte capell[illegible] [illegible]

[illegible] XXX, [illegible] Michaelis.

[illegible] Haec [illegible] confecta [illegible]

X[illegible]

[illegible] marc.

[illegible] condit.

[illegible] herbi-[illegible] magistri [illegible] de [illegible] intestata [illegible] etiam [illegible] existere [illegible] condo [illegible] meam [illegible] Richardum, [illegible] dominum

Conradum dictum de Kaczenstein, vicarium ecclesie maioris herbipolensis predicte, ac Eberlinum dictum de Gawenheim, ciuem herbipolensem, meum consangwineum, in meos eligo fidecommissarios ac mei testamenti seu mee voluntatis vltime executores constituo, volens et ordinans eorumque fidei committens, vt omnia et singula infrascripta, quemadmodum sunt expressa, post meum obitum fideliter exequantur. Ante omnia siquidem ordino atque volo, quod, postquam fuero viam vniuerse carnis ingressa, meis decenter peractis exequiis, plenarie mea debita de quibuscumque meis bonis mobilibus et immobilibus persoluantur quodque die sepulture mee religiosis omnibus illorum dumtaxat quatuor ordinum mendicancium ciuitatis herbipolensis ac personis omnium cenobiorum sanctimonialium ac eciam jnclusoriorum ciuitatis eiusdem necnon personis cenobiorum sanctimonialium Celiporte et Paradysi in Heytingesuelt panis et vinum pro anime mee remedio ministrentur. Cum autem in ecclesia maiori herbipolensi predicta, prope januam eiusdem ecclesie, per quam exeundo itur ad gradus, altare meis sumptibus fundari de nouo ac construi fecerim, in honorem gloriosissime virginis dei genitricis Marie sanctique Bartholomei apostoli ac beate Katherine virginis et martiris consecratum, ad jdem altare necnon ad maiorem ecclesiam prefatam pro animarum remedio, mee videlicet ac quondam Heinrici mei mariti predicti, ordinaui perpetuam vicariam, jpsam et altare iamdictum certis possessionibus ac bonis dotando, que inferius sunt expressa. Quorum siquidem bonorum omnium vsufructum, quamdiu vxero[1]), michi volo penitus fore saluum. Et obinde, quoad vxero[2]), mee voluntati seu optioni reseruo, si velim personam aliquam siue nolim presentare ad huiusmodi vicariam. Si autem decreuero ad ipsam vicariam aliquam, me viuente, presentare personam, nichilominus tamen michi reseruo jus plenum ac liberam facultatem, quoad vixero, presentandi tociens personam ydoneam sacerdotalis vel jnferioris ordinis pro vicario perpetuo ad huiusmodi vicariam, quociens contingerit[3]) eandem vacare. Si vero morte preuenta, quod absit, nullam personam ad dictam presentauero vicariam, mei predicti

. . fideconmissarij ea vice solummodo presentabunt ad eam personam ydoneam in sacerdocio constitutam. Qua quidem persona de hac luce subtracta, jus collacionis ipsius vicarie ad . . decanum ecclesie maioris pretacte, qui fuerit pro tempore, spectabit perpetuo. Qui tunc dictam vicariam, quociens eam deinceps vacare contingerit[4]), conferet intra mensem, numerandum a die vacacionis eiusdem, ydonee persone, in sacerdotali dumtaxat ordine constitute. Que dicte maiori ecclesie ad instar aliorum vicariorum eiusdem sub obediencia . . decani, qui fuerit pro tempore, iugiter in diuinis tenebitur deseruire officijs, nichilominus ipsum altare singulis diebus perpetuo per se vel alium sacerdotem ydoneum vna missa officiando deuote ac intra diuinorum celebracionem huiusmodi pro animarum salute, mee videlicet ac pretacti mei mariti, diuinam misericordiam suppliciter exorando. Si vero dominus decanus predictus, qui pro tempore fuerit, vicariam prefatam, quociens vacauerit, conferre neglexerit intra mensis spacium, de quo predicitur, ydoneo sacerdoti dumtaxat, ea tunc vice solummodo, qua neglienciam conmittet huiusmodi, capitulum ecclesie maioris pretacte sepedictam vicariam ydoneo conferent sacerdoti. Vt autem talis sacerdos siue vicarius, qui fuerit pro tempore, congrua valeat sustentacione gaudere, ad altare ac ad vicariam predictam lego et ordino, jmmo donatione libera do irreuocabiliter atque trado: mea quatuor jugera vineti sita in monte dicto Schalkeberg, marchie seu territorij herbipolensis, quibus ab vno latere domini Heinrici de Wechmar, canonici ecclesie herbipolensis predicte, ab alio vero latere domine Mente dicte von Hern-Quabel vinetum confinat; jtem tria jugera vineti sita in monte iamdicto, Goxheim wlgariter nuncupata, michi tamen, vt premittitur, reseruato pariter et retento eiusdem vineti, quoad vixero, vsufructu. Jtem ordino atque volo, quod, si ante meum obitum pro ducentarum et sexaginta librarum hallensium precio redditus annuos perpetuos, siue denariorum siue frumenti, ad vicariam predictam conparare neglexero, mei . . fidecommissarij memorati de bonis meis mobilibus seu immobilibus quibuscumque post obitum meum predicto capitulo maioris ecclesie assignare

seu presentare ducentas et sexaginta libras hallensium teneantur pro perpetuis redditibus, de quibus predicitur, ad ipsam vicariam quantocius conparando. Jtem ordino atque volo, quod idem vicarius, qui fuerit pro tempore, de vineto et redditibus vicarie predictis necnon de bonis aliis quibuscumque, ad vicariam prefatam per me iam traditis siue legatis seu eciam deputatis vel donandis imposterum, legandis qualitercumque vel eciam deputandis, singulis annis perpetuo sex maldra tritici soluat ecclesie maiori predicte, distribuenda equaliter in simulis inter . . canonicos et . . viarios[5]) eiusdem ecclesie, videlicet pro media parte in meo et pro residua parte media in predicti quondam mariti anniuersarijs, in eadem ecclesia per ipsos canonicos et . . vicarios annis singulis perpetim peragendis cum vigilijs et missa animarum, prout ab eis consimilia peragi anniuersaria sunt consueta. Jtem ordino atque volo, quod curia mea dicta Ze dem Heller, sita intra muros herbipolenses prope monasterium fratrum minorum, jtem tria jugera vineti vel palo[6]) minus, sita in monte dicto der Nuweberg marchie ville Randesacker, ab vno latere domini Einhardi vicarij ecclesie Noui monasterii prefate, ab altero vero latere . . relicte quondam Friderici dicti Virenkorn, ciuis herbipolensis, confinata vineto, jtem quinque jugera vineti, sita in loco dicto Cente marchie ville iamdicte, quibus ex vno latere fratrum Thetunicorum herbipolensium, ex alio vero Aplonis dicti In dem Methoue vinetum confinat, plus offerentibus vendantur quantocius ac, de precio curie et vineti huiusmodi meis debitis et legatis primitus expeditis, residuum dicti precij ad vsus pauperum, qui magis presumuntur egere, totaliter exponatur. Jtem ordino et lego curiam meam dictam Krutheim, contiguam curie dicte Vssenkein, Hiltegundi vidue et Gerdrudi puelle, meis consangwineis iam mecum morantibus, indiuisam tenendam, quamdiu ambe vixerint, ac eciam possidendam. Sed eedem vel earum altera superstes ordinabunt et disponent fieri post obitum earum de ipsa, quod eis, dum vxero[7]), decreuero iniungendum. Si autem, quod absit, morte preuenta, nil eis, dum vixero, de ipsa curia faciendum

iniunxero, eedem vel earum altera superstes ordinabunt, eandem plus offerentibus vendi post suum decessum et eius precium ad vsus pauperum magis egentium in animarum, mee videlicet, mei quondam mariti et suarum, remedium elargiri. Jtem duo jugera vineti vel palo[5] plus, sita in monte dicto der Nuweberg ville Randesacker territorij, quibus ab vno latere domini Nycolai canonici ecclesie Noui monasterii prenotate et Elizabet dicte Kamillerin, ex alia vero supradicte domine Mente vinetum continat, ordino atque lego Hiltegundi et Gerdrudi prefatis, jta videlicet, quod eedem dictum vinetum, quoad vixerint dumtaxat, tenentes et fructus percipientes, ex eo . . abbatisse et . conuentui sanctimonialium Celiporte prope ciuitatem herbipolensem duas libras hallensium de ipso vineto, quamdiu vixerint, singulis annis persoluant, per quas ipsi . . conuentui fiet refeccio specialis in communi refectorio die anniuersarij mei, per ipsum . . conuentum vigiliis ac missa animarum singulis annis perpetuo peragendi. Jn quibus siquidem vigiliis atque missa mei predicti quondam mariti memoria est habenda. Dictis vero meis consangwineis ambabus viam vniuerse carnis ingressis, iamdictum vinetum ad predictum cenobium perpetuo deuoluetur, nullis vmquam temporibus alienandum aliqualiter ab eodem, sed ipsi . conuentui de cetero singulis annis perpetuo per . abbatissam pro tempore vel . . procuratorem cenobij de ipso vineto due libre hallensium sunt plenarie ministrande, ad vsum expressum superius conuertende. Quocumque vero anno huiusmodi due libre hallensium non ministrarentur, vt predicitur, iamdicto . . conuentui de ipso vineto vel si dictum vinetum alienari quoquam modo ab ipso conuentu contingeret, extunc in penam transgressionis mee vltime voluntatis jdem vinetum ad maiorem herbipolensem ecclesiam perpetuo deuoluetur. Jtem tria jugera vineti, sita in monte dicto Kirchbuhel marchie herbipolensis, fratrum Hospitalariorum herbipolensium ex vno et domini Eckonis de Ariete, ciuis herbipolensis, ex altero latere continata vineto, Johanni et Heinrico fratribus, filiis Andree ciuis herbipolensis, mei consangwinei, et eorundem heredi-

bus ordino atque lego, jta videlicet, quod ipsi fratres aut eorum in dicto vineto successores domino . . plebano maioris ecclesie, qui fuerit pro tempore, de vineto huiusmodi duas libras hallensium nomine census perpetim singulis annis soluant. De quibus ipse dominus plebanus in anniuersario meo quinque solidos hallensium ac in anniuersario prefati quondam mei mariti similiter quinque solidos hallensium diuidet equaliter inter suos socios sacerdotes, in regimine parrochie sibi cooperantes, residuum ipsarum duarum librarum suis vsibus applicando ac eciam ipsa procurando anniuersaria singulis perpetuo annis peragi apud suam parrochiam iuxta consuetudinem hactenus obseruatam. Jtem ordino atque volo, quod anno quocumque, si post festum kathedre sancti Petri decedere me contingeret, dicto meo vineto totaliter mei . . fidecommissarij culturam debitam et consuetam sub meis impendent expensis, que fuerit ab obitu meo vsque ad tempus vindemiarum eidem impendenda, collecturi tunc meo nomine fructus ipsius vineti et eorum pretium conuersuri in solutionem debitorum meorum, expeditionem legatorum ac deinde ad elemosinam egenorum, excepto dumtaxat vineto vicarie premisse deputato. Quod libere deuoluetur cum factis tunc expensis culture et fructibus, quos produxerit, ad vicariam eandem, quocumque tempore anni viam vniuerse carnis ingredi me continget. Jmmo, si vindemiarum transacto tempore et fructibus dicti vineti collectis ante festum beati Jacobi apostoli me mori contigerit, vicario dicte vicarie in subsidium culture vineti triginta libras hallensium volo et ordino elargiri ac ipsum vicarium ad hoc astringi fide data nomine juramenti, quod pecuniam huiusmodi ad nullos penitus vsus alios nisi ad culturam et melioracionem premissi vineti presumat conuertere quoquam modo. Jtem volo et ordino, quod de centum libris hallensium, pro remedio anime mee specialiter erogandis, cuilibet sacerdotum mendicantium ordinum illarum quatuor domorum herbipolensium triginta herbipolenses denarij tribuantur, exoratis eisdem sacerdotibus, vt intra suarum missarum aliorumque celebracionem diuinorum pro salute anime mee diuinam deuote misericordiam deprecentur. Residuum vero centum librarum huius-

modi inter alios sacerdotes deuotos magis indigentes ordino et volo distribui eosque precari, vt et ipsi missarum suarum et aliarum orationum suffragijs animam meam diuine clementie recommendent. Jtem ordino et volo, quod de aliis centum libris hallensium, eciam pro anime mee remedio largiendis, illorum trium . . conuentuum sanctimonialium, videlicet in Schönnawe, in Meydebrunnen et in Heiligental, cuilibet decem libre hallensium largiantur, vt quilibet eorundem conuentuum huiusmodi pecunia sibi legata perpetuos sibi comparet redditus, de quibus vnicuique fiet in communibus ipsorum refectorijs consolacio in anniuersario meo, per eos annis singulis perpetim peragendo, jn quo mei mariti sepefati erit eciam memoria facienda. Jtem de eisdem centum libris ordino decem libras hallensium in subsidium reparacionis pontis herbipolensis, vltra Mogum protensi, et sorori Katherine sanctimoniali cenobij Paradysi pretacti, que de gente Judeorum traxit originem, tres libras hallensium erogari. Volens nichilominus, quod de eisdem centum libris hallensium deducantur expense, que pro vino et pane ministrandis die sepulture mee religiosis, vt predicitur, fuerint impendende, si de bonis meis haberi non poterunt aliunde. Residuum vero distribuatur quantocius inter communes pauperes, qui magis fuerint indigentes. Jtem lego et ordino Katherine et Kungundi, sororibus, sanctimonialibus cenobij Celiporte predicti, filiabus Eberlini supradicti, viginti libras hallensium pro comparandis perpetuis redditibus et ipsis sororibus, quoad vixerint, ministrandis ac post illarum ambarum decessum ad ipsum cenobium perpetuo douoluendis. Jtem . . abbatisse et . . conuentui sancte Agnetis intra muros herbipolenses lego viginti libras hallensium pro comparandis redditibus perpetuis, de quibus ipsi . . conuentui fiet consolatio in communi refectorio die mei anniuersarij, per ipsum . . conuentum annis singulis cum vigiliis et missarum [9]) animarum perpetim peragendi, jn quo mei quondam mariti memoria similiter erit habenda. Jtem confratribus noue cappelle beate virginis dicte Ze dem Loche lego decem libras hallensium pro comparandis perpetuis redditibus ac distribuendis

equaliter inter ipsos confratres, presentes dumtaxat, in anniuersario meo, per eosdem in ipsa cappella perpetuo annis singulis peragendo; quo fiet eciam mei mariti commemoracio sepedicti. Jtem hospitali nouo, sito ante portam in Hauge, lego viginti libras hallensium. Jtem fratri Johanni de Rotwile ordinis predicatorum domus herbipolensis, confessori meo, lego decem libras hallensium pro empcione librorum ac suo meliorando vestitu. Jtem iamdicto fratri Johanni ac fratri Alberto, suo nepoti, ordinis iamdicti, in subsidium melioracionis suarum vestium lego octo libras hallensium, inter eos equaliter diuidendas. Jtem . . fratri de Guntzeburg, ordinis fratrum minorum, vnam libram hallensium, domino Thome vicario maioris ecclesie predicte, quondam Alberti apothecarij filio, tres libras hallensium et domino Cunrado nunc plebano in Isolfstat tres libras hallensium ordino atque lego. Jtem domino . . de Hayngen, nunc abbati in Brunebach, minorem meum ciphum argenteum et domino Eberhardo custodi, meo fidecommissario supradicto, maiorem meum cyfum argenteum, domino Cunrado, meo fidecommissario, decem libras hallensium, Eberlino, fidecommissario meo sepedicto, mea quatuor bicaria argentea vnita et prenominatis Hiltegundi et Gerdrudi quinquaginta libras hallensium necnon sorori Adelheidi de Nurenberg, sanctimoniali cenobi[10]) sancte Agnetis, tres libras hallensium ordino atque lego. Jtem Gerdrudi mee socrui meliorem de meis cifis ligneis, ornatis argento, et vnum de meis lectis, similiter meliorem, jnfirmis noui hospitalis pretacti tres lectos, Walthero meo famulo vnum lectum, hospitali sancti Johannis herbipolensis duos lectos et Mehtildi moranti in curia dicta Ze dem Lewen vnum lectum ordino atque lego. Jtem lectos meos residuos, linteamina et alia lectisternia et domus suppellectilia vniuersa lego et ordino Hiltegundi et Gerdrudi prefatis, exceptis dumtaxat meis curribus, vasis vini, cuppis aliisque vasis omnibus, quorumcumque nominum, in torculari neccessarijs. Quorum siquidem curruum predictorum duos viarie[11]) pretacte, tertium vero Hiltegundi et Gerdrudi predictis ordino atque lego. Vasa vero vini et alia vasa qualiacumque torcularis

vendicioni sunt quantocius exponenda et eorum precium pauperibus in anime mee remedium largiendum. Jtem volo et ordino, quod anuli mei, vasa argentea non legata et alia mea clenodia plus offerentibus vendatur[12]) quantocius et eorum precium in vsus magis indigentium pauperum exponatur. Jtem ordino, quod, mea veste meliori linea, dicta rôklin, vendita, de ipsius precio jnfirmis noui hospitalis pretacti pro eorum refeccione octo libre hallensium tribuantur quodque suppleatur defectus octo librarum hallensium, si dicte vestis precium ad tantam se summam extendere non valebit. De meis autem bonis et rebus residuis, quocumque nomine censeantur, de quibus legando seu ordinando nil disposui, volo et ordino, quod mei . . fidecommissarij memorati necnon Hiltegundis et Gerdrudis sepedicte de illis ordinent et disponant, quod anime mee saluti viderint expedire. Volo igitur, vt hec premissa omnia et singula mea vltima sint voluntas; que si non valeant jure testamenti, volo tamen ea valere jure cuiuslibet vltime voluntatis. Nichilominus in supradictis omnibus et singulis pleno jure michi saluo ac libera facultate addendi, detrahendi seu minuendi, corigendi, mutandi seu variandi, reuocandi seu cassandi, in parte vel in toto, siue de ipsis aut eorum quolibet, quod michi placuerit ordinandi, quando et quociens michi visum fuerit expedire. Exceptis dumtaxat vineto et pecunia supradictis ad vicariam, de qua predicitur, ordinatis, jn quibus detrahendi de ipsis michi nullum jus penitus remanebit. Vt autem appareat euidentius, omnia et singula preexpressa meum fore testamentum seu meam vltimam voluntatem, ea in presencia infrascriptarum personarum feci, ordinaui, legaui et expressi plenarie, quemadmodum superius exprimuntur, ad ea personarum huiusmodi testimonium inuocando, videlicet honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis ac prenominati fratris Johannis, mei confessoris, domini Eberhardi custodis et domini Cunradi, meorum fidecommissariorum pretactorum, domini Johannis de Hallis, dicti de Wisenpach, domini Heinrici dicti Schilink, sacerdotum, [illegible] ecclesie Noui monasterii predicte et magistri Eberhardi [illegible] dicti de Aschaffenburg, maguntine dyocesis, publici

jmperiali auctoritate notarij, tabellionis curie herbipolensis, et Eberlini mei fidecommissarij sepedicti ac aliarum fidedignarum plurium personarum, ad premissa pro testibus vocatarum. Jn quorum omnium et singulorum testimonium euidens premissorum hoc scriptum, meum testamentum continens seu meam vltimam voluntatem, sigillo domini . . officialis curie herbipolensis prefati obtinui roborari. Et nichilominus eidem per manum publici notarij predicti feci subscribi ac illud solito suo signo signari. Nos itaque . . officialis curie herbipolensis pretactus premissa omnia et singula coram nobis et prenominatis testibus recognoscimus esse facta seu eciam ordinata, prout de verbo ad verbum superius sunt expressa, ad peticionem dicte domine Adelheidis testatricis in premissorum euidens testimonium hoc scriptum seu testamentum nostri sigilli karatere consignantes.

Actum et datum in curia mee[13]), Adelheidis iamdicte, Krutheim vocata, quam nunc inhibito[14]), intra muros herbipolenses sita, superius memorata, anno domini millesimo trecentesimo XXXJ°, IIIJ° jdus martij.

Ego quoque Eberhardus de Zymmern, dictus de Aschaffenburg, moguntine dyocesis, publicus jmperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis per omnia, vt premittitur, presens fui et huic jnstrumento propria manu subscripsi meoque signo solito signaui rogatus.

1. 2. 7) Sic pro „vixero“. 3. 4) Sic pro „contigerit“. 5) Sic pro „vicarios“. 6. 8) Sic pro „paulo“. 9) Sic pro „missa“? 10) Sic pro „cenobii“. 11) Sic pro „vicarie“. 12) Sic pro „vendantur“. 13) Sic pro „mea“. 14) Sic pro „inhabito“.

Has literas damus ex copia scripta a Heinrico dicto Smire de Gotha, clerico maguntinensis dyocesis, notario, et sigillata ab officiali curiae herbipolensis a. 1354, die 16 octobris in civitate herbipolensi, in domo habitationis Conradi dicti Bleychenbach, in cenaculo yemali maiori eiusdem domus, praesentibus testibus Conrado Bleichenbach iamdicto, Hermanno dicto Derrer de Babenberg, Friderico de Erfordia et Vlrico dicto de Herriden, scolar[ibus] Conradi Bleichenbach.

inuestire. Nos autem, verbum apostoli dicentes: nemini cito manus inponas[1]) viamque juris innuctari[2]) volentes, vobis mandamus, quatenus in ambone vestra personaliter die et hora ad hoc competentibus proclamacionem faciatis publice generalem, citantes peremptorie omnes et singulos, quorum interest aut qui[3]) sua putauerint interesse, in feriam secundam proximam ad dicendum et proponendum contra personam presentantis aut presentati seu formam[4]) presentacionis, quidquid ipsis de jure competierit, proponendum; alioquin, si in[5]) dicto termino nullus comparuerit contradictor[6]), predictum Heinricum de cura predicte capelle inuestiemus, citatorum absencia non obstante.

Datum anno domini M°CCC.XXIX., in vigilia Michaelis.

1) Pauli epist. ad Timotheum 1, 5, 22. 2) Lectio dubia est. 3—6) Haec quatuor verba, membrana a muribus perforata, ex sententia supplevimus. Sigillum officialis, quod fascia de ipsarum literarum membrana confecta suspensum erat, adiacet laesum.

XLV.

1331, die 12 martii.

Adelheidis relicta Heinrici Heckerys testamentum suum condit.

Jn nomine domini, amen. Ego Adelheidis, ciuis herbipolensis, relicta quondam Heinrici dicti Heckerys, magistri fabrice herbipolensis ecclesie, sana mente et corpore, certa de morte, licet incerta de tempore et hora mortis, nolens intestata decedere, testamenta quecunque per me facta hucusque vel eciam ordinata prorsus reuoco per presentes, volens, ea nullius existere roboris vel momenti. Nunc autem de nouo facio, ordino, condo ac plenius in hiis scriptis exprimo meum testamentum siue meam vltimam voluntatem. Jn primis igitur dominum Eberhardum custodem ecclesie Nouimonasterij herbipolensis, dominum

Conradum dictum de Kaezenstein, vicarium ecclesie maioris herbipolensis predicte, ac Eberlinum dictum de Gawenheim, ciuem herbipolensem, meum consangwineum, in meos eligo fidecommissarios ac mei testamenti seu mee voluntatis vltime executores constituo, volens et ordinans eorumque fidei committens, vt omnia et singula infrascripta, quemadmodum sunt expressa, post meum obitum fideliter exequantur. Ante omnia siquidem ordino atque volo, quod, postquam fuero viam vniuerse carnis ingressa, meis decenter peractis exequiis, plenarie mea debita de quibuscumque meis bonis mobilibus et immobilibus persoluantur quodque die sepulture mee religiosis omnibus illorum dumtaxat quatuor ordinum mendicancium ciuitatis herbipolensis ac personis omnium cenobiorum sanctimonialium ac eciam jnclusoriorum ciuitatis eiusdem necnon personis cenobiorum sanctimonialium Celiporte et Paradysi in Heytingesuelt panis et vinum pro anime mee remedio ministrentur. Cum autem in ecclesia maiori herbipolensi predicta, prope januam eiusdem ecclesie, per quam exeundo itur ad gradus, altare meis sumptibus fundari de nouo ac construi fecerim, in honorem gloriosissime virginis dei genitricis Marie sanctique Bartholomei apostoli ac beate Katherine virginis et martiris consecratum, ad jdem altare necnon ad maiorem ecclesiam prefatam pro animarum remedio, mee videlicet ac quondam Heinrici mei mariti predicti, ordinaui perpetuam vicariam, jpsam et altare iamdictum certis possessionibus ac bonis dotando, que inferius sunt expressa. Quorum siquidem bonorum omnium vsufructum, quamdiu vxero[1]), michi volo penitus fore saluum. Et obinde, quoad vxero[2]), mee voluntati seu optioni reseruo, si velim personam aliquam siue nolim presentare ad huiusmodi vicariam. Si autem decreuero ad ipsam vicariam aliquam, me viuente, presentare personam, nichilominus tamen michi reseruo jus plenum ac liberam facultatem, quoad vixero, presentandi tociens personam ydoneam sacerdotalis vel jnferioris ordinis pro vicario perpetuo ad huiusmodi vicariam, quociens contingerit[3]) eandem vacare. Si vero morte preuenta, quod absit, nullam personam ad dictam presentauero vicariam, mei predicti

. . fideconmissarij ea vice solummodo presentabunt ad eam personam ydoneam in sacerdocio constitutam. Qua quidem persona de hac luce subtracta, jus collacionis ipsius vicarie ad . . decanum ecclesie maioris pretacte, qui fuerit pro tempore, spectabit perpetuo. Qui tunc dictam vicariam, quociens eam deinceps vacare contingerit[4]), conferet intra mensem, numerandum a die vacacionis eiusdem, ydonee persone, in sacerdotali dumtaxat ordine constitute. Que dicte maiori ecclesie ad instar aliorum vicariorum eiusdem sub obediencia . . decani, qui fuerit pro tempore, iugiter in diuinis tenebitur deseruire officijs, nichilominus ipsum altare singulis diebus perpetuo per se vel alium sacerdotem ydoneum vna missa officiando deuote ac intra diuinorum celebracionem huiusmodi pro animarum salute, mee videlicet ac pretacti mei mariti, diuinam misericordiam suppliciter exorando. Si vero dominus decanus predictus, qui pro tempore fuerit, vicariam prefatam, quociens vacauerit, conferre neglexerit intra mensis spacium, de quo predicitur, ydoneo sacerdoti dumtaxat, ea tunc vice solummodo, qua neglienciam conmittet huiusmodi, capitulum ecclesie maioris pretacte sepedictam vicariam ydoneo conferent sacerdoti. Vt autem talis sacerdos siue vicarius, qui fuerit pro tempore, congrua valeat sustentacione gaudere, ad altare ac ad vicariam predictam lego et ordino, jmmo donatione libera do irreuocabiliter atque trado: mea quatuor jugera vineti sita in monte dicto Schalkeberg, marchie seu territorij herbipolensis, quibus ab vno latere domini Heinrici de Wechmar, canonici ecclesie herbipolensis predicte, ab alio vero latere domine Mente dicte von Hern-Quabel vinetum confinat; jtem tria jugera vineti sita in monte iamdicto, Goxheim wlgariter nuncupata, michi tamen, vt premittitur, reseruato pariter et retento eiusdem vineti, quoad vixero, vsufructu. Jtem ordino atque volo, quod, si ante meum obitum pro ducentarum et sexaginta librarum hallensium precio redditus annuos perpetuos, siue denariorum siue frumenti, ad vicariam predictam conparare neglexero, mei . . fideconmissarij memorati de bonis meis mobilibus seu immobilibus quibuscumque post obitum meum predicto capitulo maioris ecclesie assignare

seu presentare ducentas et sexaginta libras hallensium teneantur pro perpetuis redditibus, de quibus predicitur, ad ipsam vicariam quantocius conparando. Jtem ordino atque volo, quod idem vicarius, qui fuerit pro tempore, de vineto et redditibus vicarie predictis necnon de bonis aliis quibuscumque, ad vicariam prefatam per me iam traditis siue legatis seu eciam deputatis vel donandis imposterum, legandis qualitercumque vel eciam deputandis, singulis annis perpetuo sex maldra tritici soluat ecclesie maiori predicte, distribuenda equaliter in simulis inter . . canonicos et . . viarios[5]) eiusdem ecclesie, videlicet pro media parte in meo et pro residua parte media in predicti quondam mariti anniuersarijs. in eadem ecclesia per ipsos canonicos et . . vicarios annis singulis perpetim peragendis cum vigilijs et missa animarum, prout ab eis consimilia peragi anniuersaria sunt consueta. Jtem ordino atque volo, quod curia mea dicta Ze dem Heller, sita intra muros herbipolenses prope monasterium fratrum minorum, jtem tria jugera vineti vel palo[6]) minus, sita in monte dicto der Nuweberg marchie ville Randesacker, ab vno latere domini Einhardi vicarij ecclesie Noui monasterii prefate, ab altero vero latere . . relicte quondam Friderici dicti Virenkorn, ciuis herbipolensis, confinata vineto, jtem quinque jugera vineti, sita in loco dicto Cente marchie ville iamdicte, quibus ex vno latere fratrum Thetunicorum herbipolensium, ex alio vero Aplonis dicti In dem Methoue vinetum confinat, plus offerentibus vendantur quantocius ac, de precio curie et vineti huiusmodi meis debitis et legatis primitus expeditis, residuum dicti precij ad vsus pauperum, qui magis presumuntur egere, totaliter exponatur. Jtem ordino et lego curiam meam dictam Krutheim, contiguam curie dicte Vssenkein, Hiltegundi vidue et Gerdrudi puelle, meis consangwineis iam mecum morantibus, indiuisam tenendam, quamdiu ambe vixerint, ac eciam possidendam. Sed eedem vel earum altera superstes ordinabunt et disponent fieri post obitum earum de ipsa, quod eis, dum vxero[7]), decreuero iniungendum. Si autem, quod absit, morte preuenta, nil eis, dum vixero, de ipsa curia faciendum

iniunxero, eedem vel earum altera superstes ordinabunt, eandem plus offerentibus vendi post suum decessum et eius precium ad vsus pauperum magis egentium in animarum, mee videlicet, mei quondam mariti et suarum, remedium elargiri. Jtem duo jugera vineti vel palo[8]) plus, sita in monte dicto der Nuweberg ville Randesacker territorij, quibus ab vno latere domini Nycolai canonici ecclesie Noui monasterii prenotate et Elizabet dicte Kamillerin, ex alia vero supradicte domine Mente vinetum confinat, ordino atque lego Hiltegundi et Gerdrudi prefatis, jta videlicet, quod eedem dictum vinetum, quoad vixerint dumtaxat, tenentes et fructus percipientes, ex eo . . abbatisse et . . conuentui sanctimonialium Celiporte prope ciuitatem herbipolensem duas libras hallensium de ipso vineto, quamdiu vixerint, singulis annis persoluant, per quas ipsi . . conuentui fiet refeccio specialis in communi refectorio die anniuersarij mei, per ipsum . . conuentum vigiliis ac missa animarum singulis annis perpetuo peragendi. Jn quibus siquidem vigiliis atque missa mei predicti quondam mariti memoria est habenda. Dictis vero meis consangwineis ambabus viam vniuerse carnis ingressis, iamdictum vinetum ad predictum cenobium perpetuo deuoluetur, nullis vmquam temporibus alienandum aliqualiter ab eodem, sed ipsi . . conuentui de cetero singulis annis perpetuo per . . abbatissam pro tempore vel . . procuratorem cenobij de ipso vineto due libre hallensium sunt plenarie ministrande, ad vsum expressum superius conuertende. Quocumque vero anno huiusmodi due libre hallensium non ministrarentur, vt predicitur, iamdicto . . conuentui de ipso vineto vel si dictum vinetum alienari quoquam modo ab ipso . . conuentu contingeret, extunc in penam transgressionis mee vltime voluntatis jdem vinetum ad maiorem herbipolensem ecclesiam perpetuo deuoluetur. Jtem tria jugera vineti, sita in monte dicto Kirchbuhel marchie herbipolensis, fratrum Hospitalariorum herbipolensium ex vno et domini Eckonis de Ariete, ciuis herbipolensis, ex altero latere confinata vineto, Johanni et Heinrico fratribus, filiis Andree ciuis herbipolensis, mei consangwinei, et eorundem . . heredi-

bus ordino atque lego, jta videlicet, quod ipsi fratres aut eorum in dicto vineto successores domino . . plebano maioris ecclesie, qui fuerit pro tempore, de vineto huiusmodi duas libras hallensium nomine census perpetim singulis annis soluant. De quibus ipse dominus plebanus in anniuersario meo quinque solidos hallensium ac in anniuersario prefati quondam mei mariti similiter quinque solidos hallensium diuidet equaliter inter suos socios sacerdotes, in regimine parrochie sibi cooperantes, residuum ipsarum duarum librarum suis vsibus applicando ac eciam ipsa procurando anniuersaria singulis perpetuo annis peragi apud suam parrochiam iuxta consuetudinem hactenus obseruatam. Jtem ordino atque volo, quod anno quocumque, si post festum kathedre sancti Petri decedere me contingeret, dicto meo vineto totaliter mei . . fidecommissarij culturam debitam et consuetam sub meis impendent expensis, que fuerit ab obitu meo vsque ad tempus vindemiarum eidem impendenda, collecturi tunc meo nomine fructus ipsius vineti et eorum pretium conuersuri in solutionem debitorum meorum, expeditionem legatorum ac deinde ad elemosinam egenorum, excepto dumtaxat vineto vicarie premisse deputato. Quod libere deuoluetur cum factis tunc expensis culture et fructibus, quos produxerit, ad vicariam eandem, quocumque tempore anni viam vniuerse carnis ingredi me continget. Jmmo, si vindemiarum transacto tempore et fructibus dicti vineti collectis ante festum beati Jacobi apostoli me mori contigerit, vicario dicte vicarie in subsidium culture vineti triginta libras hallensium volo et ordino elargiri ac ipsum vicarium ad hoc astringi fide data nomine juramenti, quod pecuniam huiusmodi ad nullos penitus vsus alios nisi ad culturam et melioracionem premissi vineti presumat conuertere quoquam modo. Jtem volo et ordino, quod de centum libris hallensium, pro remedio anime mee specialiter erogandis, cuilibet sacerdotum mendicantium ordinum illarum quatuor domorum herbipolensium triginta herbipolenses denarij tribuantur, exoratis eisdem sacerdotibus, vt intra suarum missarum aliorumque celebracionem diuinorum pro salute anime mee diuinam deuote misericordiam deprecentur. Residuum vero centum librarum huius-

modi inter alios sacerdotes deuotos magis indigentes ordino et volo distribui eosque precari, vt et ipsi missarum suarum et aliarum orationum suffragijs animam meam diuine clementie recommendent. Jtem ordino et volo, quod de aliis centum libris hallensium, eciam pro anime mee remedio largiendis, illorum trium . . conuentuum sanctimonialium, videlicet in Schônnawe, in Meydebrunnen et in Heiligental, cuilibet decem libre hallensium largiantur, vt quilibet eorundem conuentuum huiusmodi pecunia sibi legata perpetuos sibi comparet redditus, de quibus vnicuique fiet in communibus ipsorum refectorijs consolacio in anniuersario meo, per eos annis singulis perpetim peragendo, in quo mei mariti sepefati erit eciam memoria facienda. Jtem de eisdem centum libris ordino decem libras hallensium in subsidium reparacionis pontis herbipolensis, vltra Mogum pro[illegible], et sorori Katherine sanctimoniali cenobij Paradysi predicti, que de gente Judeorum traxit originem, tres libras hallensium erogari. Volens nichilominus, quod de eisdem centum libris hallensium deducantur expense, que pro vino et pane ministrandis die sepulture mee religiosis, vt predicitur, fuerint expendende, si de bonis meis haberi non poterunt aliunde. Residuum vero distribuatur quantocius inter communes pauperes, qui singulis fuerint indigentes. Jtem lego et ordino Katherine et Kungundi, sororibus, sanctimonialibus cenobij Celiporte predicti, filiabus Eberlini supradicti, viginti libras hallensium pro comparandis perpetuis redditibus et ipsis sororibus, quoad vixerint, ministrandis ac post illarum ambarum decessum ad ipsum cenobium perpetuo douoluendis. Jtem . . abbatisse et . . conuentui sancte Agnetis intra muros herbipolenses lego viginti libras hallensium pro comparandis redditibus perpetuis, de quibus ipsi . . conuentui fiet consolatio in communi refectorio die mei anniuersarii, per ipsum . . conuentum annis singulis cum vigiliis et missarum[9]) animarum perpetim peragendi, jn quo mei quondam mariti memoria similiter erit habenda. Jtem confratribus noue capelle beate virginis dicte Ze dem Loche lego decem libras hallensium pro comparandis perpetuis redditibus ac distribuendis

equaliter inter ipsos confratres, presentes dumtaxat, in anniuersario meo, per eosdem in ipsa cappella perpetuo annis singulis peragendo; quo fiet eciam mei mariti commemoracio sepedicti. Jtem hospitali nouo, sito ante portam in Hauge, lego viginti libras hallensium. Jtem fratri Johanni de Rotwile ordinis predicatorum domus herbipolensis, confessori meo, lego decem libras hallensium pro empcione librorum ac suo meliorando vestitu. Jtem iamdicto fratri Johanni ac fratri Alberto, suo nepoti, ordinis iamdicti, in subsidium melioracionis suarum vestium lego octo libras hallensium, inter eos equaliter diuidendas. Jtem . . fratri de Guntzeburg, ordinis fratrum minorum, vnam libram hallensium, domino Thome vicario maioris ecclesie predicte, quondam Alberti apothecarij filio, tres libras hallensium et domino Cunrado nunc plebano in Isolfstat tres libras hallensium ordino atque lego. Jtem domino . . de Hayngen, nunc abbati in Brunebach, minorem meum ciphum argenteum et domino Eberhardo custodi, meo fidecommissario supradicto, maiorem meum cyfum argenteum, domino Cunrado, meo fidecommissario, decem libras hallensium, Eberlino, fidecommissario meo sepedicto, mea quatuor bicaria argentea vnita et prenominatis Hiltegundi et Gerdrudi quinquaginta libras hallensium necnon sorori Adelheidi de Nurenberg, sanctimoniali cenobi [10]) sancte Agnetis, tres libras hallensium ordino atque lego. Jtem Gerdrudi mee socrui meliorem de meis cifis ligneis, ornatis argento, et vnum de meis lectis, similiter meliorem, jnfirmis noui hospitalis pretacti tres lectos, Walthero meo famulo vnum lectum, hospitali sancti Johannis herbipolensis duos lectos et Mehtildi moranti in curia dicta Ze dem Lewen vnum lectum ordino atque lego. Jtem lectos meos residuos, linteamina et alia lectisternia et domus suppellectilia vniuersa lego et ordino Hiltegundi et Gerdrudi prefatis, exceptis dumtaxat meis curribus, vasis vini, cuppis aliisque vasis omnibus, quorumcumque nominum, in torculari neccessarijs. Quorum siquidem curruum predictorum duos viarie [11]) pretacte, tertium vero Hiltegundi et Gerdrudi predictis ordino atque lego. Vasa vero vini et alia vasa qualiacumque torcularis

vendicioni sunt quantocius exponenda et eorum precium pauperibus in anime mee remedium largiendum. Jtem volo et ordino, quod anuli mei, vasa argentea non legata et alia mea clenodia plus offerentibus vendatur [12]) quantocius et eorum precium in vsus magis indigentium pauperum exponatur. Jtem ordino, quod, mea veste meliori linea, dicta rôklin, vendita, de ipsius precio jnfirmis noui hospitalis pretacti pro eorum refeccione octo libre hallensium tribuantur quodque suppleatur defectus octo librarum hallensium, si dicte vestis precium ad tantam se summam extendere non valebit. De meis autem bonis et rebus residuis, quocumque nomine censeantur, de quibus legando seu ordinando nil disposui, volo et ordino, quod mei . . fidecommissarij memorati necnon Hiltegundis et Gerdrudis sepedicte de illis ordinent et disponant, quod anime mee saluti viderint expedire. Volo igitur, vt hec premissa omnia et singula mea vltima sint voluntas; que si non valeant jure testamenti, volo tamen ea valere jure cuiuslibet vltime voluntatis. Nichilominus in supradictis omnibus et singulis pleno jure michi saluo ac libera facultate addendi, detrahendi seu minuendi, corigendi, mutandi seu variandi, reuocandi seu cassandi, in parte vel in toto, siue de ipsis aut eorum quolibet, quod michi placuerit ordinandi, quando et quociens michi visum fuerit expedire. Exceptis dumtaxat vineto et pecunia supradictis ad vicariam, de qua predicitur, ordinatis, jn quibus detrahendi de ipsis michi nullum jus penitus remanebit. Vt autem appareat euidentius, omnia et singula preexpressa meum fore testamentum seu meam vltimam voluntatem, ea in presencia infrascriptarum personarum feci, ordinaui, legaui et expressi plenarie, quemadmodum superius exprimuntur, ad ea personarum huiusmodi testimonium inuocando, videlicet: honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis ac prenominati fratris Johannis, mei confessoris, domini Eberhardi custodis et domini Cunradi, meorum fidecommissariorum pretactorum, domini Johannis de Hallis, dicti de Wisempach, domini Heinrici dicti Schillink, sacerdotum, vicariorum ecclesie Noui monasterii prefate et magistri Eberhardi de Zymmern, dicti de Aschaffenburg, maguntine dyocesis, publici

jmperiali auctoritate notarij, tabellionis curie herbipolensis, et Eberlini mei fidecommissarij sepedicti ac aliarum fidedignarum plurium personarum, ad premissa pro testibus vocatarum. Jn quorum omnium et singulorum testimonium euidens premissorum hoc scriptum, meum testamentum continens seu meam vltimam voluntatem, sigillo domini . . officialis curie herbipolensis prefati obtinui roborari. Et nichilominus eidem per manum publici notarij predicti feci subscribi ac illud solito suo signo signari. Nos itaque . . officialis curie herbipolensis pretactus premissa omnia et singula coram nobis et prenominatis testibus recognoscimus esse facta seu eciam ordinata, prout de verbo ad verbum superius sunt expressa, ad peticionem dicte domine Adelheidis testatricis in premissorum euidens testimonium hoc scriptum seu testamentum nostri sigilli karatere consignantes.

Actum et datum in curia mee[13]), Adelheidis iamdicte, Krutheim vocata, quam nunc inhibito[14]), intra muros herbipolenses sita, superius memorata, anno domini millesimo trecentesimo XXXJ°, IIIJ° jdus martij.

Ego quoque Eberhardus de Zymmern, dictus de Aschaffenburg, moguntine dyocesis, publicus jmperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis per omnia, vt premittitur, presens fui et huic jnstrumento propria manu subscripsi meoque signo solito signaui rogatus.

[1, 2, 7]) Sic pro „vixero“. [3, 4]) Sic pro „contigerit“. [5]) Sic pro „vicarios“. [6, 8]) Sic pro „paulo“. [9]) Sic pro „missa“? [10]) Sic pro „cenobii“. [11]) Sic pro „vicarie“. [12]) Sic pro „vendantur“. [13]) Sic pro „mea“. [14]) Sic pro „inhabito“.

Has literas damus ex copia scripta a Heinrico dicto Smire de Gotha, clerico maguntinensis dyocesis, notario, et sigillata ab officiali curiae herbipolensis a. 1354, die 16 octobris in civitate herbipolensi, in domo habitationis Conradi dicti Bleychenbach, in cenaculo yemali maiori eiusdem domus, praesentibus testibus Conrado Bleichenbach iamdicto, Hermanno dicto Derrer de Babenberg, Friderico de Erfordia et Vlrico dicto de Herriden, scolar[ibus] Conradi Bleichenbach.

XLVI.

1333, die 13 januarii.

Heinrich Graf zu Hennenberg bittet den Bischof Wolfram, dritthalbhundert Pfund Heller von des Ersteren Burggut zu Meyningen dem Cunrad Veter von Lůre zu geben.

Dem hochwirdigen fůrsten, vnsme gnedigen herren, herren Wolfram bisscof zu Wirzeburg enpiten wir Heinrich junger graue zu Hennenberg, grauen B. sun, vnsen steten willigen dinst. Gnediger herre, wir biten euch durch vnsers dinstes willen vm daz buregůt, daz wir von euwern gnaden haben zu Meyningen, davon vns alle jar werden fůnfzig phunt heller, daz ir diselben fůnzig phunt wollet geben Cunrade Vetern von Lůre vnd sinen erben vf sende Mertins tag, der nu nehest chumet, vnd darnach vber ein jar aber fůnfzig phunt heller vnd darnach als lange, biz im oder sinen erben drittehalp hundert phunt heller gevallen vnd werden. Wir sagen euch auch der drittehalp hůndert phunde ledeg vnd los vnd geben euch des vnsen offen brif, versigelt mit vnsme heimelichen jnsigel.

Der zu Slusungen geben ist, nach gotes geburte druzehenhundert jar, darnach in dem dri vnd drizegestim jare, jn octaua epiphanie.

Secretum HEYNR' IUNIO' COM D HĒNĒBG' (E et N ligata sunt), quod gallinam in monte stantem in scuto exhibet, fascia de ipsarum literarum membrana confecta appendet bene conservatum.

XLVII.

1333, die 7 februarii.

Heinrich von Saltza quittirt über Erstattung einer auf das Amt Meyningen geliehenen Summe durch Bischof Wolfram.

Jch Heinrich von Saltza vergihe offenlich vnd tun kunt an disem brief allen den, die in sehen, hȯrn oder lesen: wanne der veste ritter Gv̊nther von Saltza, min bruder selige, vnd ich sehs hundert pfunt haller vf dem ampt ze Meyningen von vnserm hohwirdigen vater in got vnd herren, hern Wolfram bischof zu Wirtzeburg vnd sinem gotshus gehabt habn, die wir darvff gelihen heten, daz der ietzgenant vnsere herre dazselbe ampte zu Meyningen von mir Heinrichen vmbe dazselbe gelt gelȯset hat vnd dieselben sehs hvndert pfunt haller fůr mich vnd auch fůr minen vorgenanten brůder an vnser schulde an die jůden zu Wirtzeburg vnd anderswa, dohin wir sie schuldik waren, gegeben, bezalt vnd geentwůrt hat gar vnd gentzlichen. Vnd darvmbe bekenne ich, Heinrich der vorgenant, daz mir vnd minen erben dieselben sehs hundert pfunt haller vergolten sint vnd bezalt an gereitem gelt. Dovon sage ich dem vorgenanten herren bischof Wolfram zu Wirtzeburg vnd sinem stift doselbes daz ampt zu Meyningen frie, quit vnd lose. Vnd verczihe fůr mich vnd alle min erben aller der sache vnd ansprache, die ich oder min erben gehaben mohten zů dem vorgenanten vnserm herren vnd sinem stift zu Wirtzeburg biz vf disen hůtigen tage, williclichen vnd mit rehter wizzen, an alles geuerde. Darvber zu einer sicherheit gibe ich dem vorgenanten herren bischof Wolfram vnd dem stift zu Wirtzeburg disen brief, versigelten mit minem jnsigel, daz daran hanget.

Der wart geben, do man zalt von Cristes gebůrth drůzehenhundert jar vnd darnach in dem drie vnd drizzigstem jar, an dem nehsten svnnetag nach vnser frauwen tag kertzwihe.

Sigillum HENRICI · DE · SALTZA, quod cornu capricorni in area exhibet, fascia de ipsarum literarum membrana confecta appendet bene conservatum.

XLVIII.

1340, die 14 novembris.

Hermannus quidam capitulo ecclesiae wirziburgensis de redditibus in Ohsenfurt, Inferiori Ohsenfurt, Recžstat, Lynach, Jpfhouen, Enrshein, Dornhein et Altmanshusen rationem reddidit.

Anno domini millesimo CCC. XL° ego Hermannus reddam rationem dominis meis de omnibus denariis receptis de opido Ohsenfurt.

Primo de decima antiqua et de vineto, de quo vobis partes dantur, habuistis viiij karr[atas] vini, de quibus dedi aduocato vnam karratam.

Jtem vendidi v karr. vini pro xxxvj lib. den., computando karratam pro viij lib. den.

Jtem vendidi iij karr. vini pro xx lib. den., vj sol. et iij den., computando karr. pro viij lib. et xxx den.

Jtem dimidia karrata impleta fuit ad aliud vinum.

Summa horum denariorum: lvj lib. den., vj sol. et iij den.

Et notandum, quod habuistis ibidem xiij karr. veteris vini, de quibus vendidi vnam karratam pro vij lib. den.

Jtem vendidi vnam karratam pro vj lib. den.

Jtem vendidi iiij^{or} karr pro xxiiij lib. den., computando karratam pro vj lib den.

Jtem vendidi v karr. pro xxiiij lib den. et xv sol. den., computando karratam pro vj lib den.

Jtem adhuc habetis ibidem vnam karratam vini.

Jtem vna karrata deccreuit bibendo et implendo alia vina.

Summa denariorum de veteri vino receptorum: lx lib. et xv sol. den.

Summa denariorum de nouo et veteri vino receptorum: centum xvij lib. et xv den.

Deinde habuistis de censu ibidem xij lib. et vj sol. den.
Jtem de domo panis viij lib. den.
Jtem de theloneo lvij lib. den.
Jtem de precaria centum lxxvj lib. den.
Jtem de nauigio iij lib. den.
Jtem de ciuibus in Ohsenfurt pro censu v lib. den.
Jtem remansi vobis anno preterito obligatus in xiij lib. et xj sol. den., prout patet in recessu computationis anni preteriti.
Jtem accreuerunt vobis de suspensis prebendis per illum annum in vniuerso viij lib. et viij sol. den.
Summa horum denariorum receptorum: cclxxxij lib. et v sol. den.
Summa omnium denariorum receptorum: ccclxxxxviiij lib. den., v sol. et ix den.

Sequitur distributum denariorum prescriptorum.
Primo dedi ad denarios septimaniales per integrum annum, videlicet ad xxvj officia ccxxxiiij lib. den. et iiij^{or} sol. den.

Deinde notetur distributum generale.
Primo dedi aduocato in Ohsenfurt xij lib. den.
Jtem dicto Horant xxv sol. den.
Jtem Potenciane virginis scriptori porte viiij lib. den.
Jtem theloneatori pro precio iiij^{or} lib. den. Jtem eidem pro tunica j lib. den.
Jtem Marquardo xxx sol. den. pro tunica.
Jtem dicto Bergmeister pro tunica xxx sol. den.
Jtem ad edificium in palacio xxvj lib. den., viij sol. et xj den.
Jtem ad reficienda scampna in domo panis v sol. den.
Jtem pro circulis iij lib. den. Jtem pro ligaminibus viij sol. den.
Jtem doleatori pro precio ij lib. et ij sol. den. Jtem eidem pro tunica x sol. den.
Jtem in auctumpno huius anni constabat in vniuerso x lib. den. et xviij sol. den. cum vno obulo.

Jtem emi octo noua vasa, capientia xxj karr., pro vj lib. et viij sol. den.

Jtem zu jehen vj sol. den.

Jtem dominus An. de Brunek, quando commisit claues dicto Santgruben et dicto Pflumener, consumpsit vj sol. et iiij^or den.

Jtem dominus de Spekuelt et dominus cantor, quando fuerunt foris ex parte dicti Fůzezze, consumpserunt xix sol. den.

Jtem dominus An. de Brunek et dictus de Lewenrode consumpserunt xiiij sol. et iij den.

Jtem dominus An. de Brunek, quando seruabat diem placiti in Breut ex parte dicti Ernst, consumpsit x sol. et iij den.

Jtem dominus An. de Brunek, quando iussit ciues resignare jura ciuilia in alijs ciuitatibus, consumpsit v sol. den.

Jtem ego consumpsi per illum annum iij lib. den.

Summa horum denariorum distributorum: lxxxv lib., xv sol. et x den.

Vltimo notetur distributum speciale.

Primo dedi domino And. de Brunek et domino Ludewico de Hohenloch lxviij flor.[enos], emptos pro xxviij lib. et xviij sol. den., computando florenum ad viiij sol. den.

Jtem dicto de Lewenrode xl flor., emptos pro xvij lib. den., quos sibi propinastis.

Jtem eidem pro expensis viiij lib. den.

Jtem domino Johanni de Erpach ij flor., emptos pro xvij sol. den.

Jtem eidem domino et magistro Ber. Blumentrost equitando ad episcopum moguntinum iij flor., emptos pro xxj sol. et iij den.

Jtem magistro H. de sancto Stephano x lib. den.

Jtem domino cantori equitando in Nuremberg propter ciues in Ohsenfurt iij lib. den.

Jtem pro Heinrico institore pro ix vrnis vini viiij lib. den.

Jtem eidem Heinrico pro vino per integrum annum iiij lib. den.

Jtem eidem ad denarios septimaniales, videlicet de Ohsenfurt et de pixide ad xlvij officia viiij lib. et vj sol. den. Et eidem pro farcimentis j sol. den.

Jtem ad structuram turris in Ohsenfurt lxxxvij lib. den., vj sol. et v den.

Summa istorum denariorum distributorum: centum lxxviij lib., ix sol. et viij den.

Summa omnium denariorum distributorum: ccccIxxxxviij lib., ix sol. et vj den.

Et notandum, quod summa denariorum distributorum excedit summam denariorum receptorum in lxxxxviiij lib., iij sol. et viiij den.

Hic notetur, quod habuistis de noua decima iiij karr. vini, que vendidi pro xxviij lib. et xviij sol. den., computando karratam pro viij lib. et v sol. den.

Jtem habui de estuario ibidem ij lib. den.

Jtem de curia dicte Gollenhouerin v sol. den.

Summa denariorum receptorum ad nouam decimam spectantium: xxxj lib. et xxx den.

Notetur eciam receptum aduocacie in Jnferiori Ohsenfurt.

Primo habui pro iij karr. vini xxiiij^{or} lib. den., computando karratam pro viij lib. den.

Jtem habui de censu ibidem xxv sol. den. et x den.

Summa horum denariorum de aduocacia receptorum: xxv lib., v sol. et x den.

Jnsuper habuistis de Reczstat vnam karr. vini, quam vendidi pro viij lib. den.

Jtem habui de duobus annis de vineto in Lynach j lib. den.

Deinde notetur receptum de decimis in Jpfhouen, de quibus habuistis v karr. vini, quarum vendidi iiij^{or} karr. pro xxxiiij lib. den., computando karratam pro viiij lib. den.

Jtem vendidi dimidiam karratam vini pro iiij lib. den. Relique vj vrne impleta(!) fuerunt ad alia vina.

Summa istorum denariorum de decimis in Jpfhouen receptorum: xxxviij lib. den.

Jtem vendidi de annona vestra in Jpfhouen deposita xxx mal[dra] tr[itici] pro vj lib. et xv sol. den., computando maldrum pro v sol. den.

Jtem vendidi xxij mal. sil[iginis] pro iiij lib., xv sol. et iiij den., computando mal. pro lij den.

Jtem vendidi xx mal. spelte pro iij lib. den., computando mal. pro iij sol. den.

Jtem vendidi xx mal. au[ene] pro iiij lib. den., computando mal. pro xlij den.

Summa istorum denariorum de annona receptorum: xviij lib. et iiij den.

Summa omnium denariorum receptorum: centum xx lib. den., xviij sol. et viij den.

Notentur eciam den. de predictis bonis distributi.

Primo ad colligendum nouam decimam in vniuerso constabat iiij lib. et vij sol. den.

Jtem ad deducendum vinum de Jnferiori Ohsenfurt xl den.

Deinde notetur distributum duarum decimarum in Jpfhoven, videlicet decimatori, doleatoribus et famulis alijs in vniuerso viij lib. et ij sol. den.

Jtem emi vasa pro xxx sol. den.

Summa istius distributi: viiij lib. et xij sol. den.

Sequitur eciam distributum vineti in Reczstat.

Primo ad colligendum vinetum in vniuerso xij lib. den.

Jtem ad vindemiandum xxv sol. den.

Jtem de xj vecturis ij lib. et ix sol. den.

Jtem dictis windelboten pro precio et expensis j lib. den.

Jtem de torculari x sol. den.

Jtem pro circulis, ligaminibus et doleatoribus xv sol. den.

Jtem vinitori pro tunica j lib. den.

Summa istorum denariorum distributorum: xviij lib. et ix sol. den.

Summa omnium denariorum distributorum: xxxij lib. et x den. Et sic summa denariorum receptorum excedit summam denariorum distributorum in lxxxviij lib. den., xvij sol. et x den.

Anno domini, ut supra, feria tercia post diem beati Martini, facta computacione per me, Hermannum prefatum, remanserunt michi, domini mei, in xxxviiij lib. et v sol. den.

Et notandum, quod domini mei habent in Ohsenfurt de vineto, de quo eis partes dantur, et de decima antiqua xxxviij karr. vini.

Jtem habent de noua decima ibidem xvj karr. vini.

Jtem de aduocacia in Jnferiori Ohsenfurt iij karr. vini.

Jtem habent vnam karratam veteris vini ibidem.

Jtem habent in Jpfhouen xxiij karr. vini.

Jtem habent de Reczstat x karr. vini.

Summa tocius vini: lxxxxj karr.

Jtem habent ibidem lxviij mal. siliginis veteris.

Jtem habent de isto anno lxiiij mal. noue siliginis.

Jtem xx mal. auene.

Jtem habent de decimis in Enrshein, Dornhein et Altmanshusen centum et viij mal. veteris annone.

Jtem isto anno habent de predictis decimis centum et x mal. annone.

Summa tocius annone: ccclxviiij mal. cum dimidio.

Sigilli suspensi fascia tantum membranacea remanebat.

In calce manu recentiori scriptum est: Ochsenfurther Pfortenrechnung de ao. 1340.

XLIX.

1341, die 25 augusti.

Bischof Otto hat dem Berhtolt von Sultza, Cunrat von Eckstorf und Ludwig von Sultza, die ihr Eigen zu Sultza dem Hochstifte zu Lehen aufgetragen haben, dieses auch als eventuelles Weiberlehen verliehen.

Wir Otte von gottes gnaden byschof ze **Wirtzburk** bekennen an disem brief. Wan die vesten kneht **Berhtolt** von **Sultza** vnd **Cunrat** von **Eckstorf**, gebrůder, vnd **Lud[wig]** von **Sultza**, ir beider swager, swaz si rehts oder teils haben an dem hus vnd hof ze **Sultza** vnd allem, daz darzů gehört vnd si daselbs ze **Sultza** haben, es si in holtz, dorf oder in velde, gesůcht vnd vngesůcht, daz ir rehts eigen bizher gewesen ist, vns vnd vnserm stifte williklichen vnd ledik1ichen vfgeben haben vnd daz alles von vns vnd demselben stifte ze rehtem lehen wider empfangen haben vnd vns davon gehuldt haben, als lehens reht ist, vnd sullen auch by vns vnd vnserm styfte beliben vnd eweklich besitzen: darumb so haben wir in hinwider die gnade getan, were, daz si oder ir dheinr were, der erben lieze, die niht sůn weren, daz dann dez libs erben, die töhter oder frawen sin, dieselben lehen haben vnd niezzen sůllen vnd můgen in allem dem rehten, als ob es kneht oder man weren, ane alles hindern. Vnd darůber zů eim gezuknůz vnd waren vrkunde haben wir in mit vnserm jnsigel geheissen versigeln disen brief.

Der geben ist an dem samstag nach sant Bartholomes tak, do man zalte nach Crists gebůrth drutzehenhundert jar, darnach in dem ein vnd viertzigsten jar.

De sigillo Ottonis episcopi (conf. Heffner l. c., pag. 45—46, sub num. 69 et tab. VII, sub num. 3), fascia membranacea suspenso, duae partes remanebant.

L.

1345, diebus 20 et 22 aprilis.

Der Official an der rothen Thür vidimirt eine Urkunde Bischof Otto's über Regelung von Steuer und Betē der Juden ausserhalb Wirzburgs.

Wir der official des geystlichen gerihts an der roten tůr ze Wirtzburk bekennen vnd tůn kunt offenlich an disem brief, daz wir des erwirdigen vnsers gnedigen herren byschof Otten ze Wirtzburk vntzerbrochen brief, mit sim grozzen hangenden jnsigel versigelt, gesehen, gehandelt vnd gelesen haben, als sie hernach von wort ze wort geschriben sten.

Wir Otte von gotes gnaden byschof ze Wirtzburk bekennen offenlich an disem brief vnd tůn kunt allen den, die in sehen oder horen lesen, daz wir mit wizzen, wort vnd willen der erbern manne, des . . techandes vnd des . . capitels gemeinclich vnsers vorgenanten stiftz ze Wirtzburk mit den . . jůden, die in vnserm lande beide in steten, in burgen vnd in dôrfern vzwendig vnsrer stat ze Wirtzburk wonen vnd gesezzen sin, vmb solich stůre vnd bete, als sie vns jerlich geben vnd reichen soln dise nachgeschriben jar, sin mit verdahten můt mit einander v̂bereinkumen, vnd ist zwischen vns vnd in geteidingt vnd gemacht, daz sie vns geben soln vf sant Mertins tak, der nu nehst kumet, ahte hundert pfunt haller, vnd soln damit ledig vnd fry sitzen von sant Mertins tak, der nu kumt, vber ein jar, vnd dann von sant Mertins tak, der nu kumt, vber ein jar soln sie vns geben nůnhundert pfunt haller vnd soln aber daz jar darnach ledig fry

sitzen, vnd dann von sant Mertins tak, der nu kumt, v̂ber zwey jar soln sie vns aber geben nûnhundert pfunt haller vnd soln aber daz jar darnach ledig fry sitzen, also daz sie vmb die sehs vnd zweintzig hundert pfunt haller ledig vnd fry suln sitzen von sant Mertins tak, der nu kumt, v̂ber drû jar. Vnd in dirr zit vnd in disen jaren soln wir noch vnser . . nachkomen oder daz vorgenant . . capitel, ob niht byschof were, sie niht dringen oder anvordern wider irn willen, weder gemeinclich oder besunder, vmb kein gelt mer, dann vor benant ist, weder mit lihen oder mit geben, one allerslaht geuerde. Ez ist auch geredt, waz . . jûden in dirr zit von nûwens in vnser vorgenant stete, bûrge oder dôrfer varent, daz dieselben . . jûden soln mit den vorgenanten . . jûden, die iezunt in denselben vnsern steten, burgen oder dôrfern siezen oder wonent, die vorgenant stûre vnd bete helfen tragen; vnd welcher daz niht tûn wôlte, do soln wir oder vnser amptlûte den vorgenanten . . jûden darzu beholfen sin, also daz sie die bete von im ingwinnen. Wer aber, daz daz an vns oder an vnsern . . amptluten gebreche, so soln sie vns an dem gelte, daz vf den sant Mertins tak vns dann geuallen sol, als vil abslahen, als demselben . . jûden geburt ze geben, der die bete vnd stûre niht wil helfen tragen. Wir globen auch, alle dise vorgeschriben rede stete ze halten mit gûten trewen, one allerslaht geuerde. Vnd dirr ding zu eim vrkunde vnd besteitikeit geben wir in disen brief, mit vnserm vnd mit vnsers vorgenanten . . capitels jnsigeln besigelt.

Vnd wir Eberhart von Ryedern, techant, vnd daz . . capitel gemeinclich des vorgenanten stiftz ze Wirtzburk bekennen offenlich an disem brief, daz die vorgeschriben rede vnd teiding mit vnsrer wissen vnd willen ist geschehen, vnd geloben, die auch mit vnserm vorgenanten herren byschof Otten stete vnd veste ze halten one allerslaht geuerde. Vnd des ze eim gezûknusse haben wir auch vnsers capitels jnsigel geheizzen henken an disen brief.

Der geben ist ze Wirtzburk, do man zalt nach Cristes geburt drûtzehen hundert jar, darnach in dem funf vnd viertzigesten jar, an der mitwochen vor sant Georien tak.

Vnd dirr sehung, handlung vnd lesung der vorgeschriben brief zu eim gezŭknŭsse haben wir vnser jnsigel gehenket an disen brief.

Der geben ist ze Wirtzburk, do man zalt nach Cristes geburt drutzehen hundert jar, darnach in dem funf vnd viertzigesten jar, am nehsten frytag vor sant Georien tak.

Sigillum officialis fascia membranacea appendet paulum laesum.

LI.

1345, die 30 aprilis.

Otto episcopus Conrado de Cigenhan personalem pensionem assignat, donec ei ab episcopo herbipolensi de beneficio ecclesiastico provisum sit.

ad inuicem primo in spiritualibus et quoad spiritualia ac quasi, deinde quoque diuisim in temporalibus et quoad temporalia huiusmodj parrochialium ecclesiarum ex certis, justis et racionabilibus, necessarijs ac vtilibus causis nos vtrimque ad hoc rite mouentibus jn dei nomine canonice cambiendo permutauimus ac permutando solempniter in hijs scriptis cambimus. Nos quoque Albertus electus in episcopum herbipolensem confirmatus prefatus cum assensu et collaudacione decani et capituli predictorum jus patronatus ac collacionis ecclesie parrochialis in Geltersheim huiusmodj cum suis juribus et pertinencijs vniuersis ordini et specialiter . . commendatori et . . conuentui domus jn Mergentheim, de quibus prefertur, viceuersa eciam nos . . magister, . . commendator prouincialis et . . conmendator totusque conuentus domus in Mergentheim, de quibus antefertur, jus patronatus ac collacionis ecclesie parrochialis in Lihental predicte cum suis attinencijs et juribus quibuslibet ipsi domino . . electo et confirmato ac . . episcopo et ecclesie herbipolensi ex causa et sub titulo permutacionis huiusmodj legitime, jrreuocabiliter, perfecte et in perpetuum dedimus, donauimus et tradidimus ac per presentes damus, donamus ac quasi tradendo eciam assignamus. Nichilominus eciam nos electus et confirmatus prefatus pro nobis et . . successoribus nostris ac ecclesia nostra herbipolensi huiusmodj ecclesie parrochialis in Geltersheim jus patronatus ac collacionis cum suis attinencijs et juribus vniuersis in ordinem et specialiter in . . commendatorem et . . conuentum domus jn Mergentheim, de quibus predicitur, totaliter transferimus in hijs scriptis, jdem eciam jus patronatus ac collacionis cum suis pertinencijs et juribus quibuslibet a nobis et ecclesia nostra predicta penitus abdicantes. Preterea eciam nos magister . . , commendator prouincialis . . ac . . commendator totusque conuentus domus jn Mergentheim, de quibus suprafatur, huiusmodj ecclesie parrochialis in Lihental jus patronatus ac collacionis cum suis juribus et pertinencijs quibuscumque a nobis et ordine ac domo predictis penitus abdicando in ipsum dominum . . electum et confirmatum ac in episcopum et ecclesiam herbipolensem

predictos totaliter transferimus sub hijs scriptis. Jnsuper quoque nos vtrimlibet permutantes prefati renunciamus pro nobis et nostris successoribus hinc et inde ex certa sciencia super huiusmodj permutacione, donacione, assignacione, translacione et abdicacione reciproca seu mutua siue facta, ut premittitur, hinc et inde, beneficio quidem restitucionis in integrum jurique dicenti, aliter fore actum et aliter esse scriptum, necnon specialiter juri, quo cauetur, quod renunciacio de jure non valeat generalis, vniuersaliter quoque omni juri, tam scripti canonici et ciuilis, quam non scripti seu consuetudinis, ac eciam statutorum archiepiscopalium, prouincialium et episcopalium seu synodalium ecclesie herbipolensis, necnon statutorum ordinis predictorum suorumque priuilegiorum, siue papalium, archiepiscopalium seu episcopalium, siue imperialium seu regalium suffragio, per quod seu cuius occasione possent premissa uel aliquid premissorum in toto vel in parte, in judicio vel extra judicium, directe aut indirecte annullari, viciari uel inpungnari vllo vmquam tempore siue modo. Promittentes eciam vtrimlibet pro nobis et nostris hincinde successoribus, huiusmodj permutacionem, donacionem, assignacionem, translacionem, abdicacionem et renunciacionem ac promissionem per omnia et in omnibus, vt prefertur, ratas, firmas atque gratas habere perpetuo et seruare nec contra eas uel aliquam earum in toto uel in parte per nos uel alium seu alios, eciam de jure, verbo uel facto, publice aut occulte facere vel venire nec facere in contrarium . . volenti aliquatenus consentire qualicumque studio, ingenio uel cautela. Jn cuius rei roboris et testimonij firmitatem perhennem nos Albertus electus in episcopum herbipolensem confirmatus, frater Wolframus magister, frater Boppo commendator prouincialis et frater Gotfridus commendator totusque . . conuentus domus jn Mergentheim, de quibus predicitur, sigilla nostra appendimus huic scripto. Demum quoque nos Eberhardus de Riedern, decanus, totumque . . capitulum ecclesie herbipolensis, de quibus predicitur, recognoscimus et patefacimus sub hijs scriptis, quod nos omnes et singuli communiter, vnanimiter et capitulariter nostrum consilium, consensum et collaudacionem ad premissa ac in premissis,

presertim in quibus ac in quantum nostra de jure noscitur interesse, debite adhibuimus et presentibus adhibemus, nostri quidem capituli sigilli coappensione munitis in testimonium euidens eorundem.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, nonis octobris.

Sigilla Alberti electi etc. (vide Heffner l. c., pag. 47 sub num. 63), capituli maioris ecclesiae, preceptoris Allemannie, prouincialis Franconie et chomendatoris de Mergentheim fasciis membranaceis appendent bene conservata.

LXVIII.

1349, diebus 10, 12 et 13 octobris.

Der Deutschorden reversirt sich wegen Inkorporirung der Pfarre Geltersheim in das Ordenshaus zu Mergenthein unter Einrückung der bezüglichen Urkunden Bischof Albrechts und des Domkapitels vom 10. und 12. gleichen Monates.

Jn gots namen, amen. Wir bruder Wolfram von Nellenburk, meister dez tutschen ordens in tutschen landen, bruder Boppe von Hennenberg, lantkomentur zu Franken, dezselben ordens, vnd bruder Gotfrid von Hanowe, commentur, vnd der conuent gemeinlich dez tutschen hus zu Mergenthein, in dem bistum zu Wirczburk gelegen, dez vorgnanten ordens, bekennen vnd tun kunt offenlich an disem brief, daz von dem stift zu Wirczburk die pfarre zu Geltersheim, in demselben bystum gelegen, vnserm vorgnanten orden vnd sunderlich dem vorgenanten hus zu Mergenthein recht vnd redelich geben, incorporiert vnd jneygent ist nach sage der jnsigelten brief vnsers herren dez byschofs vnd des . . capitels dez stifts zu Wirczburk, die von worte zu worte genczlich hernach geschriben sten. Auch haben wir daruber dez vorgenanten . . capitels versigelten brief. Die brief man auch beidersit halten sol vnd nicht uberfaren, on geuerde.

So ist ditz der vorgnanten pfarre incorporaten-brief abschrift:

In nomine domini amen. Albertus dei gracia electus in episcopum herbipolensem confirmatus ad rei memoriam sempiternam. Quoniam, ut sacri canones atque leges testantur, bone rei dare patrocinium seu consultum, omnipotentis gracia largiente, non tantum presentis vite subsidium optinere, sed eciam perpetue remuneracionis premium cernitur expectare: et quia [illegible] religiosis personis earumque precatibus racionabilibus ac iustis nostre fauor debetur, tam diuinitus quam humanitus [illegible] premiandus: cum autem religiosi in Christo deuoti .. commendator et conuentus domus in Mergentheim fratrum [illegible] hospitalis sancte Marie jerosolomitani, nostre dyocesis herbipolensis, solempnem diuini numinis cultum et regularem obseruanciam hospitalitatisque assidue et alia opera caritatis, que perperam nichil agit, pro se et sibi christiana confraternitate coniunctis meritorie et laudabiliter exercere diuina opitulante clemencia satagant incessanter, quamuis propter occupaciones, deuastaciones, combustiones, rapinas aliasque dampnificaciones diuersas per nonnullos tyrannos et depredatores illarum parcium hactenus diucius procul dubio perpetratas, presertim in temporalibus magnum heu sustinuerint ac sustineant detrimentum: nos itaque, ex debito benignitatis seu benigne prouidencie nostri officij pastoralis prefatorum .. commendatoris, conuentus et domus penurie seu defectui graciose consulere seu succurrere desiderabiliter affectantes et ipsorum Gotfridi de Hanowe, commendatoris moderni, ac conuentus superiorumque suorum nobis sepius factis supplicacionibus obtentu religionis singulari inclinati fauore, ecclesiam parrochialem in Geltersheim, dicte dyocesis, in suis fructibus, redditibus et prouentibus eciam annuis plenius habundantem, cum suis parrochialibus juribus et pertinencijs vniuersis, in qua quidem parrochiali ecclesia suisque filialibus ecclesijs seu cappellis, ab ipsa matrice seu parrochiali ecclesia exnunc canonice separatis ac eciam separandis, presentibus et futuris, infra limites parrochie ibidem situatis, habentibus ac habituris curam animarum annexam, jus patronatus seu presentandi loci .. dyocesano .. clericum ydoneum ad ipsas ecclesias ab eo inuestiendos de cura

animarum earum necnon ab . . archidiacono ibidem in huiusmodj ecclesiarum possessionem mittendos predicti commendator et conuentus optinere canonice dinoscuntur, cum decimis quidem eiusdem parrochie necnon fructibus, redditibus, prouentibus, obuencionibus alijsque pertinencijs et juribus omnibus et singulis, habitis et habendis, quesitis et inquirendis, presentibus ac futuris, ad ipsam ecclesiam parrochialem pertinentibus ac de iure pertinere debentibus, exnunc uel inantea, quouis modo, quibuscumque eciam nominibus nuncupentur, mense huiusmodj commendatoris et conuentus eorumque domui prelibate ob diuini cultus augmentum ac cunctipotentis dei totiusque jerachie celestis reuerenciam et honorem de consilio, consensu et collaudacione honorabilium virorum . . decani et . . capituli ecclesie nostre herbipolensis, prehabitis siquidem pluries capitularibus tractatibus ac eciam juris solempnitatibus debitis et consuetis super eo, ex premissis et alijs certis, iustis et racionabilibus, necessarijs ac vtilibus causis, nos quidem ac decanum et capitulum prelibatos ad hoc rite mouentibus, canonice jn dei nomine solempniter in hijs scriptis auctoritate nostra ordinaria jn perpetuum donamus, appropriamus, jncorporamus, annectimus et vnimus. Jta videlicet, quod, cedente uel decedente . . rectore predicte parrochialis ecclesie, qui nunc est, liceat commendatori et conuentui memoratis, per se uel . . procuratorem suum corporalem possessionem ipsius parrochie, jurium et pertinenciarum suarum auctoritate propria libere apprehendere ac licite retinere necnon decimas, fructus, redditus et prouentus huiusmodj parrochie in ipsius domus in Mergenthein usus proprios libere conuertere, nostris quidem seu successorum nostrorum episcoporum herbipolensium uel alterius cuiuscumque assensu ac licencia minime requisitis. Reseruata tamen de fructibus, redditibus et prouentibus ipsius parrochie . . plebano seu . . vicario perpetuo, inibi domino seruituro, congrua porcione, ex qua possit congrue sustentari, jura episcopalia et archidiaconalia soluere ac alia sibi incumbencia onera supportare. Preterea nobis et ipsi ecclesie nostre herbipolensi ecclesiasticum ibidem in Geltersheim cimiterium eiusque muros, turrim et propungnacula

sine municionem ipsiusque, aliorum quoque cimiteriorum, i
limites huiusmodi in Geltersheim parrochie sitorum, possessio
ac defensionem dominicam et potestatiuam iuraque episcopalia
archidiaconalia in parrochia prefata, salua incorporacione premi
in perpetuum debite reseruamus ac reseruando presentibus ret
mus. Jn cuius rei roboris et testimonij firmitatem perhenn
mandauimus has literas desuper conscribi nostrique sigilli app
sione muniri. Nos quoque Eberhardus de Riedern, decan
totumque capitulum ecclesie herbipolensis, de quibus predicit
tenore presencium . . . perceptoribus recognoscimus et patefacim
vniuersis, quod nos omnes et singuli capitulariter, communiter
vnanimiter nostrum consilium, consensum et collaudacionem
huiusmodi ecclesie parrochialis jn Geltersheim ipsiusque d
marum, fructuum, reddituum, prouentuum, pertinenciarum
jurium quorumcumque donacionem, appropriacionem, incorp
cionem, annexionem et vnionem, ex causis, de quibus et
premittitur veraciter, rite factas, canonice adhibuimus et prese
bus adhibemus, nostri quidem capituli sigilli coappensione munit
in testimonium euidens premissorum.

Datum Herbipoli anno dominj M° CCC° XL. nono, VJ. jd
octobris.

Darnach ist ditz der vorgnanten capitels brief abschrift:

Jn gots namen, amen. Wir Eberhart von Rieder
techant, vnd daz capitel gemeinclich dez stifts zu Wirezbu
bekennen vnd tun kunt offenlich an disem brief allen den, d
in sehen, lesen oder horen lesen, daz wir gen den erbern gei
lichen mannen, hern Wolfram von Nellenburk, meyster d
tutschen ordens zu tutschen landen, hern Boppen v
Hennenberg, lantkomentur zu Franken, dezselben ordens, v
hern Gotfrid von Hanowe, commentur vnd dem conuent gemei
lich dez hus ze Mergenthein, dezselben ordens, in dem bistu
ze Wirezburk gelegen, vns versprochen haben vnd auch in
guten truwen globt vnd geheizzen haben, daz wir dheinen ander

herren nach dem hochwirdigen vnserm gnedigen herren hern Albrecht erwelten vnd bestetigten ze byschof ze Wirczburk die vesten vnd gewere dezselben bystums nicht wollen oder sullen entwurten oder lazen jngeentwurt werden on allez geuerde, ez si danne, daz derselbe ander herre vor on geuerde habe ernuwet, bestetigte vnd stete gehalten vnuerzogenlich vnd vorderlich vnd on widerrede vnd auch one schaden dez vorgenanten ordens vnd husez zu Mergenthein die tedinge, permutacien, wechselunge vnd briefe, die vnser vorgenanter herre her Albreht vnd wir von dez vorgenanten stifts wegen einsit vnd die vorgenanten geistlichen herren von irn vnd des ordens wegen andersit uber die pfarre ze Geltershein vnd uber die pfarre ze Lihental, in dem vorgenanten bystum gelegen, gehabt, gemachet vnd verjnsigelt haben, vnd auch sunderlich die jncorporacien vnd jneygnunge der vorgenanten pfarre ze Geltershein, die da von dem vorgnanten vnserm herren hern Albrecht mit vnsrer gunst, willen vnd wort geschehen ist dem vorgnanten conuent vnd hus ze Mergenthein, vnd auch die brief, die daruber geben sin. Vnd dez zu vrkunde ist vnsers capitels jnsigel gehenket an disen brief.

Der geben ist zu Wirczburk, do man zalt nach Cristes geburt druzehen hundert jar, darnach in dem nunden vnd vierzigsten jar, an dem mentak vor sant Gallen tak.

Vnd zu warem vrkunde diser vorgeschriben dinge aller sin vnsere, dez meysters, dez lantkomenturs vnd comenturs vnd auch dez hus ze Mergenthein, der vorgenanten dru, jnsigele gebangen an disen brief.

Der geben ist zu Mergenthein, do man zalt nach Cristes geburt druzehen hundert iar, darnach in dem nunden vnd vierzigsten jar, an dem dinstak vor sant Gallen tak.

Sigilla preceptoris Allemannie, prouincialis Franconie et chomendatoris de Mergentheim fasciis membranaceis appendent bene conservata.

LXIX.

1349, die 20 octobris.

Der Deutschorden und sein Haus zu Mergenthein gestatten dem Hochstifte, der Landesbeschirmung wegen die Kirchhöfe in der Pfarre zu Geltershein zu besetzen.

Jn gots namen, amen. Wir bruder Wolfram von Nellenburk, meyster in tutschen landen dez tutschen ordens, bruder Boppe von Hennenberg, lantkomentur zu Franken, dezselben ordens, vnd bruder Gotfrid von Hanowe, commentur, vnd der . . conuent gemeinlich dez tutschen huses zu Mergenthein, in dem bystum zu Wirczburk gelegen, dez vorgnanten ordens, bekennen vnd tůn kunt offenlich an disem brief allen den, die in sehen, lesen oder horen lesen, daz der erwirdige vnser gnediger herre byschof Albrecht vnd ein ieglich byschof vnd der stift ze Wirczburk mugen vnd sullen durch schirme lant vnd lute ewiclich vnd gewelticlich innehaben, besetzen vnd entsetzen den kirchof zu Geltershein vnd auch ander kirchofe, gelegen in der pfarre daselbs ze Geltershein, die von wechselunge vnd jneygenunge wegen vnserm orden vnd sunderlich dem vorgenanten huse ze Mergenthein von dem vorgenanten stift recht vnd redelich worden ist. Doch sol dicz allez dem vorgnanten orden vnd sunderlich dem vorgnanten hus ze Mergenthein an der vorgnanten kirchen ze Geltershein vnd an dem kirchensacz vnd an andern irn rechten doselbs keinen schaden bringen, on geuerde. Vnd dez zu einem waren vrkunde sint vnsere jnsigele gehenket an disen brief.

Der geben ist, do man zalt nach Cristes geburt druzehen hundert iar, darnach in dem nůnden vnd vierzigsten jar, am nechsten dinstak nach sant Gallen tak.

Sigilla eadem, quae literis proxime antecedentibus, fasciis membranaceis his literis appendent bene conservata.

LXX.

A. 1349.

Bertoldus vicarius capitulo ecclesiae herbipolensis de denariis receptis de oppido Ochssenfurt aliisque locis rationem reddit.

Anno dominj millesimo CCC° XL^mo nono ego Bertoldus de Karlstat, vicarius ecclesie herbipolensis, reddam racionem dominis meis decano et capitulo ecclesie herbipolensis predicte de omnibus denariis receptis de opido Ochssenfurt.

Primo habuistis de anno dominj M° CCC° XLVIIJ° ibidem vnam carratam vini veteris.

Jtem habuistis ibidem xiij carr. vini de decimis et de vinetis, de quibus vobis partes dantur. De quibus vendidi vnam cum dimidia carr. vini pro xv lib. den., computando carratam pro x lib. den.

Jtem vendidi viij carr. vini pro lxviij lib. den., computando carratam pro viij lib. et x sol. den.

Jtem dedi vobis ad propinam vespertinalem ij carr. vini et iiij vrnas.

Jtem dedi domino decano mediam carratam pro suo vino vespertinali.

Jtem vna carrata iacet adhuc ibi. Jtem iij vrne exhauste sunt et consumpte in torculari.

Jtem habuistis iij carr. vini de Jnferiori Ochssenfurt, quas dedi vobis ad propinam vespertinalem.

Jtem vna carr. impleta est et consumpta per istum annum.

Summa denariorum receptorum de vino lxxxiij libre denariorum.

Jnsuper habetis de hoc anno de vino nouo, de decima antiqua et de vineis, de quibus vobis partes dantur, tres carratas vini.

Jtem habetis de alijs decimis cum dominis in Hauge vij carr. vini uel circa.

Jtem dedi aduocato vnam carr. vini.

Jtem habetis de Jnferiori Ochssenfurt tres carr. vini.

Jtem habuistis ibidem clxxxvj mal[dra] siliginis veteris et noue, de quibus vendidi clix mal. siliginis pro xxxix lib. et xv sol. den., computando maldrum pro v sol. den.

Jtem adhuc iacent ibi xvj mal. siliginis.

Jtem xj consumpta sunt in torculari et decreuerunt.

Summa denariorum de siligine receptorum: xl lib. minus v sol. den.

Jtem habetis hoc anno xxiiij mal. siliginis de decima vestra.

Jtem de curia vestra xxiiij^or mal. siliginis.

Jtem de molendino xij mal. siliginis.

Jtem habetis adhuc ibi cxx mal. auene veteris.

Jtem de hoc anno de decima xvj mal. auene noue.

Jtem de curia vestra xvj mal. auene noue.

Summa siliginis adhuc ibi iacentis lxxxvj mal.

Summa auene: clij mal. auene.

Deinde habuistis de censu in Ochssenfurt xij libras et viij sol. den.

Jtem xiij sol. den. de neglecto censu.

Jtem de domo panis ix libras den.

Jtem de theolonio xlvj lib. den.

Jtem de precaria cclx libras den. minus ij sol. den.

Jtem de nauigio v lib. et v sol. den.

Jtem de stupa balnei ij lib. den.

Jtem de Jnferiori Ochssenfurt viij sol. den.

Jtem de precaria preterita v lib. den.

Jtem vobis accreuerunt de suspensis prebendis due libre den.

Summa horum denariorum receptorum cccxlij libre, xij sol. den.

Deinde habuistis in Jpfhofen v carr. vini de decima.

Jtem vnam carr. de Dornheim. De quibus vendidi quatuor cum dimidia carr. vini pro xxxviij libris den. et v sol. den., computando carratam pro viij libris et x sol. den.

Jtem vendidi mediam carratam vini pro iiij lib. den.

Jtem habuistis ibidem viij carr. vini ductas de Bernheim, quas vendidi pro lxiiij lib. den., computando carratam pro viij libr. den.

Jtem vna carrata impleta est et decreuit et minus in vasis inueniebatur.

Summa denariorum de vino receptorum: cvj libre et v sol. den.

Jtem habuistis ibidem cxx mal. annone, videlicet xxx mal. siliginis, xviij mal. tritici, xviij mal. spelte et liiij mal. auene, de quibus vendidi xlvj mal. siliginis et spelte insimul pro xij libris den., computando maldrum pro v sol. den.

Jtem vendidi xvij tritici pro iiij^or^ libris, xvij sol. et ix den., computando maldrum pro v sol. den. et ix den.

Jtem iij mal. siliginis, spelte et tritici decreuerunt.

Jtem habuistis ibidem liiij mal. auene, de quibus vendidi l mal. pro vij lib. x sol. den., computando maldrum pro iij sol. den.

Jtem iiij mal. consumpta sunt et decreuerunt.

Summa denariorum receptorum de annona xxiij libre, xvij sol. et ix den.

Jtem habetis adhuc ibidem de hoc anno cxxx mal. annone, scilicet xx mal. tritici, xxx mal. siliginis, xxx spelte et l mal. auene.

Jtem habetis hoc anno ibidem de vino in Dornheim vj carr. vini, quas presentaui vobis et dedi ad propinam vespertinalem ad Herbipolim.

Jtem habuistis in Bernheim de anno preterito lxxx mal. siliginis, de quibus vendidi lxxiiij mal. pro xx lib. et vij sol. den., computando maldrum pro v sol. den. et vj den.

Jtem vj mal. siliginis consumpta sunt in torculari et decreuerunt.

Jtem habuistis ibidem l mal. auene, de quibus vendidi xliiij mal. pro vj lib. den.[1]) et xij sol. den., computando maldrum pro iij sol. den.

Jtem vj mal. consumpta sunt et decreuerunt.

Summa denariorum receptorum de annona in Bernheim: xxvj lib. et xix sol. den.

Jtem habetis hoc anno ibidem x carr. vini vel circa, quas presentaui vobis ad propinam vespertinalem.

Jtem habetis ibidem de hoc anno xxxv mal. siliginis et xliiij mal. auene.

Summa omnium denariorum receptorum prescriptorum: sexcente xxij libre, viij sol. et ix den.

Summa siliginis in toto, tritici et spelte: ccij mal.

Summa auene in toto: ccxlv maldra.

Sequitur distributum denariorum prescriptorum, videlicet ad xj officia ad denarios septimaniales: cviij lib. den.

Sequitur distributum generale. Primo dedi aduocato vestro in Ochssenfurt xij lib. den.

Jtem Wolf de Grumbach xxv sol. den.

Jtem domino Heinrico de Tuteleiben, scriptori vestro, ad presencias ccl lib. den.

Jtem Potenciane virginis dedi eidem scriptori ix lib. den. ad anniuersarium dominj decani de Talheim.

Jtem dedi theoloniatori vestro iiij lib. den. pro precio.

Jtem vnam lib. den. pro tunica.

Jtem Vinger cellerario vestro xxx sol. den. pro tunica.

Jtem bergmeister vestro xxx sol. den. pro tunica.

Jtem dedi ad expensas autumpni in Ochssenfurt vj lib. et x sol. den.

Jtem emi iij vrnas vini pro xxx sol. den. ad implendum vasa in Minori Ochssenfurt.

Jtem doleatoribus pro precio pro circulis et sileribus et alijs neccessarijs xxx sol. den.

Jtem pro sepo vj sol. den.

Jtem dominj consumpserunt per istum annum iij lib. et vj sol. den.

Jtem dedi pro speciebus et ferina et alijs neccessarijs x sol. den.

Jtem vigilibus turrium duos sol. den.

Jtem ego expendidi[2]) ij lib. den. et viij sol. den.

Jtem dedi nuncijs euntibus hinc inde v sol. den.

Jtem dominj mei remanserunt michi debitores anno preterito in computacione xiiij lib., viij sol. et v den.

Jtem dedi zu abelazzen vina et ad faciendum vasa in Ochssenfurt vij sol. den.

Jtem pro vectura vini ad Herbipolim et nautis xiiij sol. den.

Jtem ad reformandum naues x sol. den.

Jtem ad reformandum macella x sol. den.

Jtem pro muro faciendo in torculari et tectis reformandis j lib. den.

Jtem pro vectura vasorum de Herbipoli in Ochssenfurt iij sol. den.

Jtem pro vectura vini de Minori Ochssenfurt ad opidum Ochssenfurt viij sol. den.

Summa distributi generalis: ccccxxij lib. den., xij sol. et v den.

Deinde notetur distributum speciale. Primo dedi Johannj lictori ad expediendam propinam vespertinalem xiij sol. den.

Jtem dedi dicto Johannj x sol. den. pro vectura quatuor vasorum vini de Ochssenfurt de Mogo ad cellarium et den winschrotern.

Jtem ad visandum et zu jehen predicta vasa et vinum de Retzstat v sol. den. et ij den.

Jtem dedi scolari magistri Heinrici de sancto Stephano pro scribenda appellatione iij sol. den.

Jtem Conrado de Nordelingen ij lib. den. et viij sol. den.

Jtem dedi magistro Heinrico de sancto Stephano x lib. den.

Jtem dedi magistro Conrado Leuse x lib. den.

Jtem magistro Johanne[3]) de Northusen v lib. den.

Jtem Friderico de Constancia xv sol. den.

Jtem vj mal. consumpta sunt et decreuerunt.

Summa denariorum receptorum de annona in **Bernheim**: xxvj lib. et xix sol. den.

Jtem habetis hoc anno ibidem x carr. vini vel circa, quas presentaui vobis ad propinam vespertinalem.

Jtem habetis ibidem de hoc anno xxxv mal. siliginis et xliiij mal. auene.

Summa omnium denariorum receptorum prescriptorum: sexcente xxij libre, viij sol. et ix den.

Summa siliginis in toto, tritici et spelte: ccij mal.

Summa auene in toto: ccxlv maldra.

Sequitur distributum denariorum prescriptorum, videlicet ad vj officia ad denarios septimaniales: cviij lib. den.

Sequitur distributum generale. Primo dedi aduocato vestro in **Ochssenfurt** xij lib. den.

Jtem **Wolf** de **Grumbach** xxv sol. den.

Jtem domino **Heinrico** de **Tuteleiben**, scriptori vestro, ad [illegible] lib. den.

Jtem Potenciane virginis dedi eidem scriptori ix lib. den. ad anniuersarium domini decani de **Talheim**.

Jtem dedi theolonatori vestro iiij lib. den. pro precio.

Jtem vnam lib. den. pro tunica.

Jtem **Vnger** celierario vestro xxx sol. den. pro tunica.

Jtem burgimagistro vestro xxx sol. den. pro tunica.

Jtem dedi ad expensas autumpni in **Ochssenfurt** vj lib. et x sol. den.

Jtem [illegible] vasa [illegible] pro xxx sol. den. ad implendum [illegible] in [illegible] Ochssenfurt.

Jtem doleatoribus pro precio pro circulis et sileribus et alijs necessarijs xxx sol. den.

Jtem pro sepo x sol. den.

Jtem domino [illegible] per istum annum iij lib. et x sol. den.

Jtem dedi pro speciebus et ferina et alijs neccessarijs x sol. den.

Jtem vigilibus turrium duos sol. den.

Jtem ego expendidi[2]) ij lib. den. et viij sol. den.

Jtem dedi nuncijs euntibus hinc inde v sol. den.

Jtem dominj mei remanserunt michi debitores anno preterito in computacione xiiij lib., viij sol. et v den.

Jtem dedi zu abelazzen vina et ad faciendum vasa in Ochssenfurt vij sol. den.

Jtem pro vectura vini ad Herbipolim et nautis xiiij sol. den.

Jtem ad reformandum naues x sol. den.

Jtem ad reformandum macella x sol. den.

Jtem pro muro faciendo in torculari et tectis reformandis j lib. den.

Jtem pro vectura vasorum de Herbipoli in Ochssenfurt iij sol. den.

Jtem pro vectura vini de Minori Ochssenfurt ad opidum Ochssenfurt viij sol. den.

Summa distributi generalis: ccccxxij lib. den., xij sol. et v den.

Deinde notetur distributum speciale. Primo dedi Johannj lictori ad expediendam propinam vespertinalem xiij sol. den.

Jtem dedi dicto Johannj x sol. den. pro vectura quatuor vasorum vini de Ochssenfurt de Mogo ad cellarium et den winschrotern.

Jtem ad visandum et zu jehen predicta vasa et vinum de Retzstat v sol. den. et ij den.

Jtem dedi scolari magistri Heinrici de sancto Stephano pro scribenda appellatione iij sol. den.

Jtem Conrado de Nordelingen ij lib. den. et viij sol. den.

Jtem dedi magistro Heinrico de sancto Stephano x lib. den.

Jtem dedi magistro Conrado Leuse x lib. den.

Jtem magistro Johanne[3]) de Northusen v lib. den.

Jtem Friderico de Constancia xv sol. den.

Jtem domino Arnoldo de Kiczingen ij lib. den. pro vino.

Jtem dedi domino scolastico iij lib. den. pro vino vespertinali.

Jtem domino meo de Reinstein seniori iij lib. den. pro eodem.

Jtem domino Pincerne de Rosseberg, custodi, iij lib. den. pro eodem.

Jtem domino de Heydecke, cantori, iij lib. den. pro eodem.

Jtem Johanni versificatori x sol. den.

Jtem plebano in Summo x lib. den., v sol. et x den.

Jtem Heinrico aurifababro[4]) ij lib. et iiij sol. den. de xj officijs de Ochssenfurt.

Jtem eidem v lib. et xxij den. per totum annum pro officijs de pixide.

Jtem dedi pro illis duobus ix sol. den. pro synape, farciminibus, ferina, pisis et alijs juribus.

Summa distributi specialis: lxij lib., iiij sol. et x den.

Deinde notetur distributum de Jpfhofen et de Bernheim. Primo dedi xxx sol. den. den winschrotern et ad ducendum vina de Bernheim in Jpfhofen.

Jtem doleatoribus ad faciendum vasa pro circulis et alijs necessarijs j lib. den.

Jtem dedi xxx sol. den. pro vino ad implendum vina.

Jtem plebano duobus annis pro kathedratico de decimis iij sol. den.

Jtem pro censu et pullis de curia duobus annis iij sol. den.

Jtem xxx sol. den. pro precaria.

Jtem pro edificijs curie ad faciendum vnum nouum granarium, vnam cameram, coquinam et stabulum et alia necessaria viij lib. den.

Jtem pro expensis autumpni in Jpfhofen iiij lib. den.

Jtem famulo eunti in decimam xv sol. den.

Jtem dedi pro expensis autumpni in Bernheim iij lib. den.

Jtem pro boue ibidem xvj sol. den.

Jtem pro vectura xvj carratarum vini de Jpfhofen et de Bernheim ad Herbipolim iiij lib. den.

Jtem dedi pro theolonio in Kiezingen iiij sol. den.

Jtem dedi ad colendum vineta in Retzstat ij lib. et vj sol. den.

Jtem ad colendum vineta in Lynach xxvj sol. den.

Summa huius distributi de Jpfhofen et de Bernheim xxix lib. et xiij sol. den.

Summa omnium distributorum prescriptorum: quingente xiiij lib., x sol. et iij den.

Et sic summa receptorum excedit summam distributorum in cvij lib., xviij sol., vj den. [5])

1) „den." iteratum est. 2) Sic pro expendi. 3) Sic pro Johanni. 4) Sic pro aurifabro. 5) Quae ultra sequuntur, tres columnae, quibus Bertoldus rationem finivit, madore paene evanuerunt.

In calce manu recentiori scriptum est: ochsenfurther pfortenrechnung de ao 1349.

De sigillo capituli ecclesiae maioris particula quaedam fascia membranacea adhuc appendet.

LXXI.

1350, die 14 maji.

Ecko dictus vom Jungenhenselin et Jutta coniux eius redditus annuos in Volkach capitulo ecclesiae herbipolensis vendiderunt.

Jn nomine domini amen. Nos Ecko dictus vom Jungenhenselin, gener Conradi dicti Daniel senioris, et Jutta coniuges, ciues herbipolenses, tenore presentium ob perpetuam rei geste memoriam in publicam deducimus noticiam, quod propter quasdam causas necessarias ad hoc nos mouentes et vrgentes ad presens pari voto et vnanimi consensu pro nobis et heredibus nostris manibus nostris coadunatis iure proprio et in perpetuum vendidimus, dedimus et tradidimus ac iuste vendicionis titulo vendimus et tradimus per presentes honorabilibus viris, dominis . . decano et capitulo ecclesie herbipolensis, ementibus et recipientibus pro se et eorum ecclesia iamdicta, redditos [1]) annuos sex maldrorum tritici et viginti septem cum dimidio maldrorum

siliginis, soluendos sibi singulis annis et presentandos ad ciuitatem herbipolensem cum mensura ibidem metze wulgariter dicta ad granarium, quod ipsi . . emptores nobis ad hoc duxerint deputandum, nostris laboribus, sumptibus et expensis infra duo festa, videlicet assumpcionis et natiuitatis beate Marie virginis gloriose, de et super bonis nostris in opido Volkach et eius marchia sitis cum omnibus et singulis pertinenciis, quesitis et inquirendis, quocumque nomine censeantur, — que Johannes dictus Hofeman, . . dictus Windeling, . . dictus Steynacher, Aplo dictus Adam et dictus Schoneicher, opidani in Volkach, sibi a nobis locata jure hereditario possident pro redditibus memoratis, — pro precio ducentarum triginta quatuor et dimidia lib. hallensium bonorum et datiuorum, nobis integre persoluto et vtiliter conuerso in necessarios nostros vsus. Dicta bona et redditus et proprietatem ipsorum ac omne jus nobis in ipsis conpetens ore, manu et iactu calami, vt moris est, libere resignantes a nobis expressius abdicamus in dictos . . emptores et eorum ecclesiam cum pleno jure nobis in ipsis competente transferendo, ipsos in possessionem dictorum bonorum et pertinentiarum suarum mittimus per presentes. Promittimus nichilominus . . emptoribus prefatis, de euictione dictorum bonorum et pertinenciarum eorundem in omnem litis euentum plene cauere et facere warandiam, werschaft wlgariter dictam, de bonis proprietariis secundum terre Franckonie consuetudinem fieri debitam et conswetam. Pro qua quidem warandia facienda et euictione cauenda damus et constituimus . . emptoribus prefatis et eorum ecclesia[2]) fideiussores in solidum discretos viros Conradum dictum Daniel seniorem, Conradum filium eius, Heinricum dictum Kobez et Conradum dictum Weybler juniorem, ciues herbipolenses. Qui fideiussores moniti, si antedictos . . emptores vel eorum ecclesiam aliquod dampnum seu inpedimentum in dictis bonis et proprietate eorum sustinere contingerit[3]), vnus alium non expectando nec per absenciam alterius se excusando nec, quod infra vnius anni spacium monitus non fuerit, allegando, in obstagio se recipiant apud publicum hospitem herbipolensem, expensas more fide-

iussorio in dampnum nostrum et heredum nostrorum facturi et deinde non exituri tamdiu sine vara, donec dictum dampnum seu inpedimentum per nos totaliter amotum fuerit penitus et sublatum. Quorum fideiussorum si aliquis cesserit, decesserit vel recesserit, alium eque certum, quem dicti . . emptores acceptauerint, infra mensem tunc proximum substituere promittimus loco sui, alioquin superstites fideiussores moniti obstagium facient modo premisso, donec substitucio huiusmodi conpleta fuerit cum effectu. A qua fideiussione dictos nostros fideiussores promittimus indempniter liberare. Promittimus insuper nos . . venditores predicti, presentem vendicionis contractum ac omnia et singula in ipso contenta firma, rata et grata tenere et habere et non contrafacere vel venire aliquo ingenio, studio vel cautela nec contrauenienti aliqualiter consentire. Renunciantes super premissis omnibus et singulis excepcioni non habite, non numerate, non solute pecunie, excepcioni doli mali, in factum actioni jurique, per quod deceptis vltra dimidium justi precij subuenitur, et specialiter renunciamus juri dicenti, renunciacionem generaliter factam non valere, judicis officium manumque potentioris non implorabimus, fraudem, dolum et decepcionem non allegabimus omnique alterius juris canonici et ciuilis auxilio, per quod dicte vendicionis contractus de iure vel de facto posset inpugnari seu aliqualiter annullari. Nos quoque . . fideiussores prenominati recongnoscimus, nos fideiussorie, vt premittitur, obligatos fore et ad exolvendum dictum fideiussionis debitum nos in solidum presentibus firmiter obligamus. Jn quorum omnium et singulorum euidens testimonium atque robur nos . . venditores, . . emptores et . . fideiussores predicti presentem literam sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos . . officialis iam dictus ad preces contrahencium et fideiussorum predictorum duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini millesimo CCC° quinquagesimo, feria sexta ante festum penthecostes.

1) Sic pro redditus. 2) Sic pro ecclesie. 3) Sic pro contigerit.
Sigillum officialis fascia membranacea appendet sat bene conservatum.

LXXII.

1350, die 23 julii.

Cunrat von Bastheim reversirt sich, nachdem ihm Bischof Albrecht zu einem Erbburglehen zu Bischofsheim Wiesgrundstücke verliehen hat.

Jch Cunrat von Bastheim, edel kneht, bekenn fůr mich vnd alle min erben óffenlichen an disem brief: Wan der hochwirdig min gnediger herre her Albreht von gottes vnd dez stůls ze Rome gnaden erwelt vnd bestetigt ze bischof ze Wirtzburk mir vnd minen erben, die min sůn sin, ze eim erbeburklehen, daz ich vnd min vorgenante erben in siner stat ze Bischofsheim verdienen vnd ewklich darinn mit huse siezen vnd wonen sůllen, reht vnd redlichen verlihen hat drý acker, Eldern genant, die da ze wisen gemacht sin, vnd auch die wiseflecken innewendig vnd einsit dez Sumenbrunnen, gen Brůkenawe im kamerforst an dez bischofs wisen gelegen, in vnserm ampt ze Bischofsheim, die ietz da sin vnd die alle sich ziehen jerklich vf siben fůder hówes: daz ich vnd min vorgenante erben daran dieselben acker vnd wisenflecken sůln innehaben vnd niezzen als lange, biz daz der vorgnant min herre bischof Albreht oder sin nachkomen bischóff oder daz capitel sins vorgnanten stiftz ze Wirtzburk mir oder minen vorgnanten erben drizzik pfunt haller gegeben vnd bezalt haben. Vnd wenn daz geschiht, so sůln mim vorgnanten herren vnd sim stift die vorgnanten ecker vnd auch dí wiseflecken ledig vnd loz sin. Vnd suln dann ich oder min erben dieselben haller anlegen an andere gwizze gůt oder gůlt, die inwendig einr oder zwein milen by Bischofshein nehst gelegen sin, oder sůln aber also vil vnsers eigenen erplichen gůts, daz wir gerůwklichen innehaben, in vnsers vorgenanten herren oder siner nachkomen bischóf ze Wirtzburk hant vfgeben vnd die von im vnd sim stift danne ze eim burklehen wider

empfahen, sí also dafür eweklich ze haben vnd ze niezzen. Vnd von disem burklehen han ich dem vorgenanten mim herren vnd sim stift gehuldt vnd gesworn. Vnd süln auch min erben daran fürbazzer des hulden vnd sweren, sinen vnd dezselben stifts frumen ze werben, schaden ze warnen vnd dazselbe burklehen getrůwlich ze verdienen, als gewônlich vnd reht ist, ane geverde. Dez ze vrkünde han ich minem vorgenanten herren vnd sim styft disen brief gegeben, versigelt mit des vesten mannes hern Sifrids vom Steine, vogts zû Fladungen, jnsigel, daz daran hanget. Vnd ich Sifrid der ietzgenant bekenne ôffenlich, daz ich durch bet willen dez vorgnanten von Bastheim zû eim vrkûnd dirre vorgeschribenen dinge min jnsigel han gehangen an disen brief.

Der geben ist, do man zalt nach Crists gebûrt drûezehenhundert jare vnd in dem funfzigsten jare, an dem nehsten frytag vor sant Jacobs tak.

Sigillum SIFRIDI · DE LAPIDE, quod trabem e dextra obliquam in scuto exhibet, fascia membranacea appendet bene conservatum.

LXXIII.

1350, die 26 augusti.

Heinricus von der Tuben et Elizabet coniux eius institam suam Herbipoli vnder den Rûzzen sitam Eberhardo de Ryedern, decano ecclesiae herbipolensis, vendiderunt.

Jn nomine domini amen. Nos Heinricus dictus von der Tuben et Elizabet, coniuges herbipolenses, tenore presencium ob perpetuam rei geste memoriam in publicam deducimus noticiam, quod propter quasdam causas necessarias ad hoc nos mouentes et vrgentes ad presens pari voto et vnanimi consensu manibus nostris coadunatis pro nobis et heredibus nostris vendidimus, dedimus et tradidimus ac iuste vendicionis tytulo vendimus et tradimus jure proprio et in perpetuum per presentes

honorabili viro domino **Eberhardo de Rŷdern**, decano ecclesie herbipolensis, ementi et recipienti pro se aut quibus in vita vel in morte duxerit deputandum, justitam nostram in ciuitate herbipolensi, in loco dicto **vnder den Růzzen** ante pontem herbipolensem, cui ab vna . . dicti **Hofeman**, ab alia vero parte mei, **Heinrici** venditoris predicti, justite conterminant et continant, de qua justita prius soluitur domino . . decano predicto vnus pullus carnispriuialis census nomine annuatim, pro precio viginti librarum hallensium bonorum et datiuorum, nobis integre persoluto et vtiliter conuerso in necessarios nostros vsus, dictam justitam ac omne jus nobis in ipsa conpetens ore, manu et iactu calami, vt moris est, libere resignantes. Promittimus nichilominus . . emptori prefato de euictione dicte justite in omnem litis euentum plene cauere et facere warandiam, werschaft wlgariter dictam, de bonis huiusmodi secundum terre **Frankonie** consuetudinem fieri debitam et consuetam. Pro qua quidem warandia facienda et euictione cauenda damus et constituimus . . emptori prefato nomine quo supra fideiussores in solidum discretos viros **Hermannum** dictum **Winschroter** et **Heinricum** dictum **Ryetheim**, filium suum, herbipolenses. Qui fideiussores moniti, si antedictum . . emptorem aliquod dampnum seu impedimentum in dicta justita sustinere contingerit[1]), in obstagio se recipere tenebuntur apud publicum hospitem herbipolensem, expensas more fideiussorio in dampnum nostrum et heredum nostrorum facturi et deinde non exituri tamdiu sine vana, donec dictum dampnum seu impedimentum per nos totaliter amotum fuerit penitus et sublatum. Quorum fideiussorum si aliquis cesserit, decesserit vel recesserit, alium eque certum, quem dictus . . emptor acceptauerit, infra mensem tunc proximum substituere promittimus loco sui, aut superstes fideiussor monitus obstagium faciet modo premisso, donec substitucio huiusmodi completa fuerit cum effectu. A qua fideiussione dictos nostros fideiussores promittimus indempniter liberare. Promittimus insuper nos . . venditores presentem vendicionis contractum ac omnia et singula in ipso contenta firma, rata et grata tenere

et habere et non contra facere vel venire aliquo ingenio, studio vel cautela nec contrauenienti aliqualiter consentire. Renunciantes super premissis omnibus et singulis excepcioni non habite, non numerate, non solute pecunie, excepcioni doli mali, in factum actioni jurique, per quod deceptis vltra dimidium justi precij subuenitur, et specialiter renunciamus juri dicenti, renunciacionem generaliter factam non valere, fraudem, dolum et decepcionem non allegabimus omnique alterius juris canonici et ciuilis auxilio, per quod dicte vendicionis contractus de jure vel de facto posset inpugnari seu aliqualiter annullari. Nos quoque . . fideiussores prenominati recongnoscimus, nos fideiussorie, vt premittitur, obligatos fore et ad exoluendum . . fideiussionis debitum nos in solidum presentibus firmiter obligamus. Jn quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium atque robur nos . . venditores, . . emptor et . . fideiussores predicti presentem literam sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos . . officialis iamdictus ad preces contrahencium et fideiussorum predictorum duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini millesimo CCCL^mo^, feria quinta post diem beati Bartholomei apostoli.

[1] Sic pro contigerit.
Sigillum officialis fascia membranacea appendet bene conservatum.

LXXIV.

1350, die 25 octobris.

Eberhardus de Riedern, decanus ecclesiae herbipolensis, testamentum suum condit.

Jn nomine domini amen. Nos Eberhardus de Riedern, decanus ecclesie herbipolensis, ad omnium et singulorum et maxime horum, quorum interest uel intererit, noticiam cupimus

Jtem legamus hospitali pauperum infirmorum sancti Theodrici in ciuitate herbipolensi sito duas domos iuxta portam lignorum sitas cum cubili sito sub curia Gawenhein et censum triginta duorum denariorum dandorum de domo vicarie sancti Galli pro duobus infirmis ibidem perpetuo alimentandis, quos . . decanus ecclesie herbipolensis, qui pro tempore fuerit, quociens opus fuerit, ponere poterit et locare. Jtem domum nostram iuxta portam Sande, ex opposito domus Bopponis dicti Fresser sitam, cum redditibus quatuor librarum hallensium dandis de curia, quam Hermannus de Boppenhusen iure emphiteotico possidet, ac cum redditibus quinque librarum hallensium de domibus nostris in vico sancte Afre sitis necnon redditibus quatuor maldrorum siliginis et duorum maldrorum auene mensure in Ohssenfurt annuatim dandis de bonis in Frickenhusen, que Bertoldus dictus Herolt ibidem iure emphiteotico possidet, pro hospitandis et recolligendis peregrinis pauperibus deputamus. Cuius domus curam et ordinacionem ad . . decanum ecclesie herbipolensis, qui pro tempore fuerit, volumus perpetuo pertinere. Jtem allodium in Geltersheim, quod olim fuit dicti Fuhslin, soluens annuatim triginta quinque maldra bladi mensure in Swinfurt, cum omnibus suis pertinencijs legamus decanatui ecclesie herbipolensis, de quibus redditibus . . decanus, qui pro tempore fuerit, duobus consorcialibus in necessarijs victualium prouidit. Jtem eidem decanatui legamus duo iugera vinearum nostra, in monte dicto Stein sita, de quibus . . decanus pro tempore existens oleum pro lumine, tempore diurno dumtaxat ardente ante ymaginem crucifixi in choro ecclesie herbipolensis, perpetue procurabit. Jtem legamus Guthe de Randersacker et Margarethe de Gattenhouen, sanctimonialibus Inferioris Celle, decem libras hallensium pro redditibus perpetuis conparandis et redditus quinque solidorum denariorum in Hetenstat habendos ad tempora vite sue, post mortem vero ipsarum apud dictum monasterium permanebunt pro anniuersario nostro ibidem perpetuo peragendo. Jtem legamus redditus octo maldrorum siliginis jn Cellingen et nouem maldrorum siliginis in Hettenstat, de

husen legamus oblacionem nostram hereditariam in Hettenstat cum suis pertinencijs vniuersis. Cetere vero nostre oblaciones hereditarie, quas in ecclesia herbipolensi tenuimus et tenemus . . canonicis ecclesie herbipolensis pro precio conpetenti vendantur, quarum precium per nostros . . executores et fidecommissarios in anime nostre remedium conuertatur. Jtem legamus ecclesie parrochiali in Huntheim Mog[untine] dyocesis octuaginta libras hallensium et ecclesie parrochiali jn Schonuelt tantum necnon ecclesijs parrochialibus Burghein, Sinne, Werpach et Kungeshouen site in dem Grabuelt cuilibet earum quinquaginta libras hallensium, in vsus earundem ecclesiarum neccessarios et vtiles iuxta executorum nostrorum arbitrium conuertendas. Jtem Eberhardo Goltstein de Crentse, canonico ecclesie Nouimonasterij herbipolensis, curiam cum suis pertinencijs in Crentse sitam, quam . . dictus Bůchbrunn jure emphyteutico tenet et possidet, necnon curiam, que olim fuit dictorum de Hohenloch, cum suis pertinencijs Eberhardo de Gattenhouen, canonico ecclesie sancti Johannis in Hauge, legamus pro[1]) vite ipsorum tempora possidendas. Que curie post mortem predictorum ad Goltsteinum de Krentse, militem, nostrum consangwineum, et suos heredes libere deuoluentur. Jtem disponimus et ordinamus, quod per . . executores nostros redditus triginta duorum maldrorum siliginis per Johannem de Hamelburg, vicarium ecclesie herbipolensis, ac redditus triginta maldrorum siliginis per Marquardum dictum Zulle, ciuem herbipolensem, apud Goltsteinum de Crentse, militem, consanguineum nostrum, pridem conparatos, pro trecentis et decem libris hallensium reemantur. Jtem legamus redditus nouem maldrorum caseorum cum quibusdam alijs certis redditibus pullorum et hallensium, jn Volmersdorf et Rutschlingsdorf sitos, filiabus Johannis de Riedern, sanctimonialibus in Himeltal, et filiabus Goltsteini de Crentse, in sorores eiusdem monasterij recipiendis, per eas et quamlibet earum ad tempora vite earum recipiendis dumtaxat, post mortem vero earundem ad predictum Johannem de Riedern et suos heredes perpetuo pertinebunt.

conseruanda. Jtem legamus calicem nostrum paruum ad altare cappelle curie Vzzenkein cum domo, quam Fritzo dictus Wagenknecht inhabitauit. Jtem volumus, quod Eberlinus Schrotzberg de bonis nostris competenter alimentetur. Jtem legamus Eberhardo de Crentse librum nostrum matutinalem. Jtem racionale diuinorum officiorum Wilhelmi legamus ecclesie herbipolensi. Ceteri vero libri nostri vendantur plus offerenti. Jtem domum, quam . . dictus Schaller inhabitat, legamus ad cappellam nouam iuxta Foramen pro anniuersario nostro et quondam Goltsteini fratris nostris[2]) annis singulis peragendis. Jtem legamus sorori nostre . . abbatisse in Himeltal cifum nostrum dictum flederin copf et vnum clenodium argenteum. Jtem legamus cuilibet executorum nostrorum infrascriptorum ac . . vxori Johannis de Crentse, domine dicte de Bartenstein, Hehenriet . . vxori Goltsteini de Crentse, militis, . . de Ebersperg, . . de Rotenfels, . . dicte Zobelin et dicte de Bickenbach, cuilibet vnum cifum uel clenodium argenteum. Cetera vero clenodia argentea cum annulis et cingulis plus offerenti vendantur. Jtem debita, in quibus nobis Bertoldus de Grunbach et Conradus dictus Gundelwin obligari noscuntur, eisdem remittimus. Jtem remittimus medietatem debitorum, in quibus nobis Conradus dictus Hutzgutz obligatus existit. Jtem legamus Juthe de Crentse decem libras hallensium et decem maldra siliginis. Jtem medietatem debitorum, in quibus domina de Himeltal nobis extitit obligata, remittimus, reliquam vero partem sibi et filiabus sibi commissis specialiter reseruabit. Jtem legamus ecclesie herbipolensi fructus et obuenciones prebende nostre post mortem nostram per annum integrum et redditus duodecim librarum hallensium super curia dicta Egeleistern per nos comparatos pro anniuersario, septimo et tricesimo nostris ibidem annis singulis perpetuo peragendis ita, quod pecunia huiusmodi inter presentes in choro tantum . . canonicos et . . vicarios equaliter diuidatur et residuum eiusdem pecunie inter consorciales ipsius chori solummodo diuidatur. Jtem legamus ad anniuersarium quondam Conradj de Nidecke, canonici

herbipolensis, quindecim libras hallensium, in eadem ecclesia annis singulis peragendum. Jtem legamus quatuor ordinibus mendicancium in ciuitate herbipolensi cuilibet ordini decem libras hallensium et vnam carratam vini. Jtem . . sororibus ad sanctum Vlricum tantum. Jtem . . sanctimonialibus ad penitentes tantum. Jtem . . sanctimonialibus ad sanctum Marcum tantum. Jtem . . sanctimonialibus in Meidebrun tantum. Jtem ad domum dictam Ordenhus tantum. Jtem . . sanctimonialibus in Inferiori Cella tantum. Jtem ad sanctam Afram quinque libras hallensium et mediam carratam vini. Jtem sanctimonialibus in Heitingsuelt quinque libras hallensium et mediam carratam vini. Jtem ultra premissa legamus quartam partem omnium bonorum nostrorum in vino et blado existencium . . pauperibus ubicunque existencium[4]) erogandam, excepta quarta parte bladi et vini in curia nostra Vzzenkein existentibus, que quarta pars per executores nostros subscriptos de consilio et scitu domine . . abbatisse in Himeltal, sororis nostre, distribui et erogari debebit. Jtem volumus et presentibus ordinamus, quod possessor curie nostre claustralis dicte Vzzenkein, qui pro tempore fuerit, ad vicarias ecclesie herbipolensis, videlicet Johannis de Hamelburg, Conradi de Hartheim, Petri de Bischofzhein, jn Noua curia, jn curia nostra Vzzenkein necnon . . vicarie de nouo instaurande . . domino . . decano, qui pro tempore fuerit, . . personas ydoneas, quociens vacauerint, presentare poterit et debebit. Jtem . . executoribus nostris infrascriptis remittendi sexcentas libras hallensium honorabili domino nostro, domino . . episcopo herbipolensi, pro quibus certa bona et redditus ad castrum Rotenfels pertinentes nobis et heredibus nostris obligati dinoscuntur, si eisdem nostris executoribus expediens visum fuerit, plenam tradimus facultatem. Jtem ordinamus, quod . . seruitores nostri iuxta condicionem personarum suarum et exigenciam seruiciorum per . . executores nostros remunerentur. Super premissis vero ac omnibus bonis nostris, inmolibus et mobilibus, ac actionibus nobis conpetentibus pro salute anime nostre disponendis ac eciam dispensandis honorabiles viros dominos

Duo sigilla fasciis membranaceis appendent mediocriter conservata. Sigillum SYFRIDI · STEINHEIMER clavem deorsum versam, cui sagitta sursum versa imposita est, ad cuius latera duo corda pendent, in scuto, sigillum ELSE · STEINHEIMERIN · VON · GERLTSHOVEN (E et L, E et R bis ligata sunt) feminam stantem in area exhibet.

CVI.

1364, die 2 julii.

Coram officiali curiae herbipolensis Heinricus Tetwang capellanus protestationem Heinrici de sancto Stephano, vicarii ecclesiae herbipolensis, super fenestra per parietem asserinum in horto curiole Klein-Kytzing facta agnoscit.

Coram vobis honorabili viro domino . . officiali curie episcopalis herbipolensis ego Heinricus natus quondam Fridrici dicti Tetwang, cappellanus cappelle omnium animarum, site in cymiterio ecclesie herbipolensis, pro me et heredibus ac successoribus meis in hijs scriptis publice confitendo recongnosco, quod discretus vir magister Heinricus dictus de sancto Stephano, vicarius vicarie altaris sancti Petri in ecclesia herbipolensi, ad instantes meas preces ex gracia speciali, maxime, vt honestus vir Krafto, cappellanus cappelle in castro Wernecke, in vna camera mee domus, in vico dicto Zu den suln site, morans et habitans, corpore quidem debilis, possit in ipsa camera lumen diei et aëris habere spiramen, fecit et fieri admisit vnam

fenestram per parietem suum asserinum, ein britter wlgariter dictum, in orto curiole sue vicarie, Klein-Kytzing nominate; ita tamen, quod ego vel domus mea iamdicta seu aliquis meus heres aut successor vel possessor eiusdem domus nullum jus habere possit vel debeat in ipsa fenestra ibidem habenda seu permanenda, sed quod ipse magister Heinricus et quilibet eius successor seu vicarius in dicta sua vicaria vel eciam possessor curiole vel orti predicti possit licite et libere dictam fenestram claudere vel destruere aut totaliter obstruere seu remouere et ipsum parietem reintegrare, quandocunque sibi placuerit pro libitu sue voluntatis, cessante omni mea vel cuiuscunque contradictione vel eciam inpedimento. Jnsuper ego magister Heinricus dictus de sancto Stephano prefatus protestor expresse coram vobis domino . . officiali pretacto nomine predicte mee vicarie et pro ipsa, quod per fractionem supradicte fenestre nullum jus dare vel fieri intendo prelibato Heinrico cappellano cappelle omnium animarum prescripte vel dicte sue domui aut cuicunque possessori ipsius, presenti vel futuro, in pariete vel fenestra supradictis, sed quod volo habere et retinere michi et vicarie mee ac vicarijs ipsius et possessoribus curiole prefate liberam et plenam potestatem et jus ipsam claudendi et obstruendi et parietem supradictum reintegrandi et integrum absque fenestra faciendi seu remouendi, quandocunque michi vel vicario vicarie mee predicte placet. Jn premissorum testimonium nos magister Heinricus dictus de sancto Stephano et Heinricus capellanus cappelle omnium animarum supradicti presens instrumentum super premissis confectum sigillo domini . . officialis sepedicti petiuimus et obtinuimus sigillari et signo discreti Heinrici de Sulczbach, notarij publici subscripti, signari. Nos eciam . . officialis episcopalis curie herbipolensis in omnium supradictorum euidenciam nostre officilitatis[1]) sigillum ad preces parcium supradictarum appendi fecimus huic scripto.

Datum et actum jn orto curiole pretacte, jn cenaculo estiuali ibidem, sub anno a natiuitate domini M°CCC°LX. quarto, jndictione IJ^a^, die mensis julij secunda, hora quasi meridiei eiusdem

diei, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia pape V^ti anno secundo, presentibus discretis viris Conrado quondam[2]) rectore ecclesie parrochialis Jnferiori Bleichuelt, Dytrico Phleghar, notario curie herbipolensis prefate, Syczone vom Turn et Johanne dicto Hůbner de Tuberrettersheim, pro testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

(Signum notarii.) Et ego Heinricus quondam Conradi Fries de Sulczbach, clericus ratisponensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia recongnicioni, protestacioni et alijs premissis anno, jndictione, die, mense, hora, loco et pontificatu, quibus supra, vna cum testibus antedictis presens interfui eaque omnia sic fieri audiui, jdeo hoc presens jnstrumentum super ipsis confectum in hanc publicam formam redegi signoque mei officij solito in fidem et testimonium eorundem signaui, desuper requisitus. Jnterliniarem dictionem „quondam", inter terciam et quartam lineas, a fine huius jnstrumenti ascendendo numerando, positam, per me scriptam non vicio sed errore approbo hic in scriptis.

[1]) Sic pro „officialitatis". [2]) Hoc verbum inter lineas adscriptum est. Sigillum officialis fascia membranacea appendet diffractum et mutilatum.

CVII.

1364, die 16 septembris.

Nicolaus cardinalis de solutione quadam arrendationis archidiaconatus sui in ecclesia herbipolensi capitulum herbipolense quitat.

Nos Nicolaus miseratione diuina episcopus tusculanus, sancte romane ecclesie cardinalis, archidiaconus in ecclesia herbipolensi, tenore presentium fatemur et recongnoscimus, habuisse et recepisse a venerabili . . capitulo ecclesie herbipolensis per manus Petri Hakenberg florenos sexcentos auri pro prima paga seu solutione et medietate secunde solutionis anni vnius arrendationis archidiaconatus nostri predicti, finiti in festo beati Johannis

baptiste proxime preterito. De quibus quidem sexcentis florenis auri vocamus nos quitos, contentos et pacatos. Et inde prefatum capitulum liberamus, quitamus et absoluimus per presentes, nostri sigilli appensione munitas.

Datum Auinione, die sextadecima mensis septembris, anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indictione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia pape V. anno secundo.

Sigillum Nicolai episcopi etc., fascia membranacea e his literis suspensum, nunc solutum adiacet, mediocriter conservatum. Id sub episcopi sedentis figura scutulum octies a dextra oblique sectum exhibet.

CVIII.

1366, die 13 januarii.

Das Stift Neumünster hat sich mit dem Domdechanten Heinrich von Reynstein wegen eines Grundstückes bei der Radstat in der Mark zu Wirzburg geeinigt.

Jn gots namen, amen. Wir Peter techant vnd daz . . capitel gemeinclichen dez stiffts zům Niẘnmůnster zů Wirczburg bekennen vnd tůn kunt offenlichen an disem brif allen den, die in sehent, lesent oder hǒrent lesen, daz vmb sogetan zweyůnge, die zwischen vns vf ein syt vnd zwischen Hansen vom Stern, bůrger zů Nůremberg, vf die andern vnd fůrbazze mere zwischen dem erwirdigem herren herrn Heinrichen von Reynstein, tumtechant zu Wirczburg, aůch vf ein syten vnd dem vorgnanten Hansen ẘf die andern lang zit her gewest sin von acht morgen ardackers wegen, die gelegen sind by der Radstat in der margg zů Wirczbůrg, daran stozzet Fůchs kerners wise, der da siczet in der Semelgazsen, vnd dez obgnanten herren Heinrich von Reynstein, tůmtechants, ardacker stǒzzet aůch daran hinden, vnd stozsen vnden ẘf die Bleychach, — die nach vnserer meynunge bizhere vnser vnd vnsers obgnanten stiffts

luter, frý vnd ledig eygen gewest sin, vnd der egnant Hans meynt, derselben acht morgen sin zwen sin selbs vnd siner . . eltern lůter, frý vnd ledig eygen gewest vnd die andern sechs morgen sind ir erblehen gewest von dem obgnanten vnserm stifft v́mb daz virteil allere frůchte, die vf denselben sechs morgen wachsen, vns vnd demselben vnserm stifft ewiclichen zů antwerten vf dem acker, vnd hat aůch dieselben acht morgen fůr sogetan, alz iecz geschriben ist, vor langen ziten verkaufft vnd gelobt zů weren dem vorgnanten hern Heinrich tůmtechant vnd sinen . . erben, als wir vernomen haben, — vnd aůch v́mb allen schaden, den der ieczognan̂t herre empfangen hat von dezwegen, daz er bizher die obgnanten acht morgen nicht jnne hat gehabt vnd jr nicht genozsen hat noch gewert ist worden, derselbe herre her Heinrich tůmtechant důrch dez willen, daz wir von dem obgnanten Hansen icht zů grozserm schaden komen, hat sich mit vns gnediclichen vnd frůntlichen vereynet jn alle di weise, als hienach geschriben stet. Zů dem ersten sollen wir dem vorgnanten hern Heinrich tůmtechande vnd sinen . . erben, getriw̃nhandern, oder wem er sinew̃ gute gibt, machet oder bescheitd an leyb oder an tode, die obgnanten zwen morgen lediclichen lazzen volgen mit ganczer eygenschafft. Wir sollen auch jm vnd sinen . . erben, getriw̃nhandern, oder wem er sinew̃ gůte gibt, machet oder bescheitde an leyb oder an tode, die vorgeschriben sechs morgen fůrbazzer ewiclichen lazsen zů rechten erblehen v́mb daz virteyl aller frůchte, die darůf werden, zů geben vnd zů antwerten vns vnd vnsern nachkomen vnd stiffte, dem obgnanten, oder vnsern gewizsen boten ewiclichen vf dem acker. Vnd wanne nůn dezselben hern Heinrichs tumtechands vorgnant schade grozse ist vnd er den wol mit gůtem rechten vordern mócht von dem offtgnanten Hansen vnd daz gelazsen hat vnd lazsen wil důrch dez willen, daz derselb Hans an vns vnd vnserm offtgnanten stifft dezselben schaden icht zůkomen důrffe, solle oder můge, so sollen vnd wóllen wir denselben herren hern Heinrich tůmtechande, sinen . . erben, getriwenhandern, oder wem er sinew̃ gůte gibt, machet oder bescheitde an leybe

oder an tode, zů einer cleynen stewr sines vorgnanten schaden frŷ vnd ledige lazsen dez obgnanten vírteyls sechs jare, die von dem tage, als diser brif gegeben ist, allernechst nacheinander gen. Vnd wenne dieselben sechs jare vzgegangen sind, so sol der offtgnant herre her Heinrich tůmtechant vnd sin . . erben, getriwnhandere, oder wem er sinew gute gibt, machet oder bescheitde an leyb oder an tode, furbazzer ewiclichen daz vírteil geben vnd antwerten vns, vnsern nachkomen vnd stiffte, dem obgnanten, oder vnsern gewizsen boten in aller der wis, als vor geschriben stet. Vnd dez allez zů eim gezůgnůzse vnd warem vrkůnde ist vnsers capitels jnsigel gehenckt an disen brif.

Der gegeben ist zů Wirczbůrg, da man zalt nach Crists gebůrt drůczehenhundert jar vnd darnach in dem sechs vnd sechezigstem jar, am achten tage nach dem obersten tag.

Sigillum ecclesiae Novi monasterii fascia membranacea appendet mutilatum.

CIX.

1366, die 2 octobris.

Conradus et Lucka Rusche Conrado capellano capellae sancti Galli, vicario maioris ecclesiae herbipolensis, redditus annuos de curia in Karlstat sita vendiderunt.

Jn nomine domini, amen. Nos Conradus dictus Rusche, opidanus in Karlstat, et Lucka, vxor sua legitima, tenore presencium publice profitemur, quod nos necessitate vrgente ad presens pari voto vnanimique consensu pro nobis et heredibus nostris manu coadunata vendidimus et tradidimus necnon iusto vendicionis tytulo vendimus et tradimus per presentes discreto viro domino Conrado cappellano cappelle sancti Galli, vicario maioris ecclesie herbipolensis, ementi et recipienti pro se et suis in dicta cappella successoribus, redditus annuos vnius libre hallensium bonorum, in festo beati Martini episcopi singulis annis sibi et suis in dicta cappella successoribus soluendos sine ipsius

emptoris et suorum in dicta cappella successorum dampno, de et super dimidia curia nostra in opido Karlstat sita, in loco dicto Die Alte Burg, cum omnibus juribus et pertinencijs suis, ad quam quidem mediam partem curie iamdicte spectant et pertinent due domus censuales, prope ipsam curiam site, soluentes singulis annis octo solidos hallensium cum sex hallensibus et medium pullum autumpnalem in die beati Michahelis, dictam mediam partem curie predicte cum omnibus juribus et pertinencijs suis et proprietatem ipsius ac omne jus nobis competens in eadem ore, manu et iactu calami, ut moris est, emptori prefato libere resignantes ac recipientes ab ipso per nos et heredes nostros pro antedictis annuis redditibus in antea tenendam et jure emphiteotico possidendam, pro precio duodecim librarum hallensium bonorum nobis integre persoluto et vtiliter in nostros vsus conuerso. Promittimus nichilominus dicto emptori et suis in dicta cappella successoribus de euictione dicte medie partis curie prefate et proprietatis ipsius in omnem litis euentum plene cauere et facere warandiam, werschaft wlgariter dictam, de bonis proprietarijs secundum terre Frankonie conswetudinem fieri debitam et conswetam. Pro qua quidem warandia facienda et euictione cauenda ac pro antedictis annuis redditibus annis singulis, ut premittitur, persoluendis damus et constituimus dicto emptori fideiussores in solidum discretos viros Luczonem dictum Eberlin, piscatorem, et Johannem dictum Gunther, residentes in Karlstat. Qui fideiussores moniti, si antedictum emptorem uel suos in dicta cappella successores aliquod dampnum uel impedimentum in dicta media parte curie uel proprietate eius aut in negliencia solucionis reddituum predictorum sustinere contingerit, vnus alium non expectando nec per absenciam seu infirmitatem alterius se excusando, se in obstagium recipere tenebuntur apud publicum hospitem in opido Karlstat, expensas more fideiussorio in dampnum nostrum et heredum nostrorum ibidem facturi et deinde non exituri tamdiu sine vara, quousque dictum dampnum seu impedimentum per nos totaliter amotum fuerit penitus et sublatum et redditus predicti totaliter fuerint persoluti. Quorum fideiussorum

si aliquis cesserit, decesserit uel a partibus recesserit, alium eque certum, quem dictus emptor aut sui in dicta cappella successores duxerint acceptandum, infra mensem tunc proximum substituere moniti promittimus loco sui. A qua quidem fideiussione dictos nostros fideiussores promittimus indempniter liberare. Licitum tamen est nobis et heredibus nostris ex speciali gracia a dicto emptore nobis facta, mediam partem curie et redditus supradictos reemere pro memorato precio duodecim librarum hallensium bonorum a festo kathedre beati Petri proxime nunc futuro infra decem annos continue et inmediate subsequentes, quocunque anno voluerimus; ita tamen, quod huiusmodi reempcio fiat in dicto festo uel ante uel post ad quindenam et quod nichilominus redditus antedicti neglecti seu subtracti prius sint assignati sine diminucione qualibet et soluti. Promittimus insuper dicto emptori et suis in sepedicta cappella successoribus, presentem vendicionis contractum ac omnia et singula in ipso contenta firma, rata et grata tenere et habere et non contra facere uel uenire, jn iudicio uel extra judicium, directe uel indirecte, publice uel occulte, nec contra facienti uel uenienti aliqualiter consentire; renunciantes super premissis omnibus et singulis omni juris canonici et ciuilis auxilio, per quod dicte vendicionis contractus inpediri posset quomodolibet uel annullari. Nos quoque fideiussores prenominati recognoscimus, nos fideiussorie fore, ut premittitur, obligatos, et ad exoluendum dictum fideiussionis debitum nos bona fide desuper presentibus in solidum nos firmiter obligamus. Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium euidens atque robur presentem literam nos venditores, . . emptor et . . fideiussores prenominati sigillo honorabilis viri domini officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos officialis iamdictus ad preces parcium contrahencium et fideiussorum predictorum in premissorum testimonium presentibus duximus appendendum.

Datum anno domini M°CCC°LXVJ^to^, feria sexta post diem sancti Michahelis archangeli.

Sigillum officialis fascia membranacea appendet mutilatum.

CX.

1367, die 3 januarii.

Das Stift Neumünster bevollmächtigt genannte seiner Mitglieder, den von ihm zur Schuldentilgung des Hochstiftes versprochenen Beitrag aufzubringen.

Jn gots namen, amen. Wir Peter techant vnd daz . . capitel des stiffts züm Niwnmünster zu Wirczburg bekennen vnd tůn kunt offenlichen an disem brif allen den, die in sehent, lesent oder hôrent lesen. Wanne wir für vns vnd denselben vnsern stifft eymůticlichen dem hochwirdigem vnserm gnedigen herren Albrecht byschof zů Wirczburg gelobt haben ze geben fümfthalbtůsent pfünt hallere lantwerünge zů hilf vnd zů steur an die vergeltünge der swerlichen schůlde, mit den er vnd sin stifft iecz schedlichen beuallen sin, vnd wanne wir vnd vnser vorgnanter stifft iecz souil gelts an bereitschafft nicht gehaben můgen, so haben wir, daz vorgnant capitel, eymůticlichen mit gůter betrachtunge vnd mit gůtem rate, die wir in vnserm capitel darůmb bedehtlichen gehabt haben, den ersamen herren hern Peter techant, dem vorgnanten, hern Rudigern von Bechlingen, schulmeister, hern Conrad Bersichen vnd hern Johansen Kaczensteyn, vnsern lieben mitkorherren vnd capitelbrůdern, für vns vnd den vorgnanten vnsern stifft ganczen vnd vollen macht vnd gewalt recht vnd redlichen ůmb alle hernachgeschriben stůcke vnd artikele gegeben vnd geben mit disem brif, dieselben artikele ze bedencken vnd ze enden, als hernach geschriben stet. Zům ersten haben si gewalt ůmb fümfthalbtusent pfünt hallere, daz vorgeschriben gelt, ůmb si gar oder ir ein teyl, als si daz gehaben můgen, one geuerde, vnsers stiffts gůte vnd gůlte, pfrůnde vnd leybtinge jn widerkeuffs, losunge vnd abenůczunge wise zů verkauffen, zů verseczen vnd zu verpfenden, one geuerde. Vnd die gůlte vnd nůczünge, die man dauon geben wirt, sollen

si slahen vnd seczen vf dez stiffts prelature, pfrůnde, erbobley vnd ander obleẙ vnd v̊f die probstlehen, als si daz allerglichest vinden můgen, one geuerde, nach sage dez brifs, den die stiffte zů Wirczburg vmb gebunge vnserm herren von Wirczburg fůmfczigtůsent pfůnt haller gegeben vnd versigelt haben[1]); aber si sollen die obley, die geteilt sind, nicht anders anslahen vnd achten danne fůr so vil, als dieselben obley in der teylůnge, die vor geschehen sind, angeslagen vnd geahtet sind worden, one geuerde. Si haben aůch gewalt, vnsers stiffts wyngarten zu verkauffen, ze v̊rtet oder anders, wi si daz vinden můgen vnd si daz důncket nůcz vnd gut sin, one geuerde. Aůch můgen vnd sollen si vnsers stiffts ampte bestellen, wẙ si daz důncket nůcze vnd gůte sin, one geuerde. Si haben aůch vollen gewalt, vnsers stiffts . . vicarier vnd ir vicarẙ vnd gots gabe bestellen vnd beseczen, als si daz allerbeste vnd nůczlichest důnkt sin, one alles geuerde. Were aber, daz si vnsers stiffts gůte, pfrůnde vnd lybtinge nicht verkeuffen, verseczen oder verpfenden möchten v̊mb so vil summe gelts, als vor geschriben stet, so sollen si dieselben summe gelts oder, ob si vmb ein teyl gelts derselben summe verkaůfft, verseczt oder verpfendet hetten, waz danne der vberigen summe gelts ist, seczen vnd slahen aůch v̊f die vorgnante prelature, pfrůnde, probstlehen vnd obley, als si daz aůch důncket allergelichest vnd allerbest sin, one geuerde, aůch nach sage dez vorgnanten brifs. Si haben aůch gewalt, vnser . . nachkomen an den prelaturen, pfrůnden, obleyen vnd vycaryen zů beseczen, wi si daz vinden můgen vnd wẙ si daz duncket nůcz vnd gůt sin, one geuerde, zů vergeltůnge vnd mittragůnge die vorgnanten summe gelts. Dezselben sollen si aůch gewalt haben, die probstlehen zů beseczen, ob man daz an vnserm herren dem probst gehaben mag, one geuerde. Si haben aůch gewalt, zů reden vnd zu bestellen v̊mb ein absenczen nach vnsers herren dez byschofs willen vnd rate. Were aůch, daz vnser herre der byschof oder die zwen rittere her Johans von Bybra vnd her Dẙcz von Tůngden vns wysten an dez bystůms schuldner, so haben si aůch vollen gewalt, mit den, an die si gewẙst werden, darv̊mb

mit jn ze reden, ze teydigen vnd ze enden, wý si daz an jn gehaben můgen vnd wý si daz důnket nůcz vnd gůt sin, one geuerde, doch nůr allein vmb die vorgnante summe gelts oder darůnder, one geuerde. Wa man aůch von vnserm stifft sicherheit, bůrgen vnd vnsers capitels insigel haben wil in allen vorgeschriben stůcken, so haben si aůch vollen gewalt, daz si dazselb jnsigel můgen vnd sollen heizsen anhencken, one alle hindernuzse vnd one alles geuerde. Vnd welch man ůzz vnsern herren vnd vicarien zu bůrgen eyschet, die sollen bůrgen werden vnwiderrůffenlichen vnd one alles geuerde; vnd wir vnd vnser stifft sollen si dauon ledig vnd los machen one allen iren schaden vnd one alle geuerde. Were aůch, ob vndter vnsern herren dheiner bůrgschafft hivor verlobt hette, one geuerde, vnd im nýmand erlauben mőcht, bůrge zů werden, one geuerde, der sol, ob man jn anmůtet, bůrg zu werden fůr den stifft, einen andern, one geuerde, an sin stat seczen; vnd wir vnd vnser stifft sollen aůch denselben von derselben bůrgschafft ledig vnd los machen one sinen schaden vnd one geuerde. Si haben aůch vollen gwalt, zu bedencken vnd zů bestellen mit penen vnd andern sachen, wi si daz vinden můgen vnd wi si daz duncket nůcz vnd gůt sin, one geuerde, daz wir, vnser . . capitel vnd vnser stifft dieselben bůrgen alle von denselben bůrgschafften one allen iren schaden ledig vnd lose machen vőrderlichen vnd vnuerzőgenlichen, one geuerde. Waz aůch die vorgnanten viere oder der merer teyl vntder jn in allen vorgeschriben dingen also beteydigen vnd ůbereinkomen, daz sol also gancg haben, vnd si sollen daz also lazsen verschreyben vnd die brife, ee si versigelt werden, jn vnserm capitel lesen lazsen; aber die brife, teydinge vnd endunge sol vnd mag nýmand vndter vns widersprechen noch hindern in dhein wise; danne, wanne die brife also gelesen werden, so sol vnsers stiffts . . custer, der in ziten ist, wenne er dez von denselben viren oder dem merern teyl vntder jn ermant wirdet, dieselben brife zůhant versigelen mit vnsers capitels jnsigel, vnd die bůrgen mit jren jnsigelen vnd jn die also vnd alsbald versigelt antwerten, one alle hindernůzsse vnd vnuerzogenlichen, on geuerde. Wazs

sî aûch also gelts jnnemen von allen vorgeschriben stûcken, daz sollen sî wenden vnd keren an die vergeltûnge der vorgnanten summe gelts vnd sollen daz aûch antwerten den vorgnanten zweyn rittern, oder wem sî daz an irre stat geben heizsen, nach sage dez vorgnanten brîfs, vnd sollen aûch darûmb von jn quitddbrîfe nemen. Vnd alles, daz die vorgnanten viere oder vntder jn der merer teyl also handelen, beseczen, bestellen, ordiniren vnd tûn in allen vorgeschriben sachen, nachdem vnd davor geschriben stet, darûmb sollen sî von vns allen, vnserm capitel vnd von vnser îglichem in dem capitel vnd aûch von allen vnsern vicariern vnd ir îglichem vnd von allen den vnsern vôrderlichen vnd one alles geuerde vnuerdaht sin vnd belyben, vnd sollen sî aûch darûmb nicht beclagen noch beclagen lazsen, one geuerde, an gerichten, geystlichen oder werltlichen, noch sî darûmb straffen oder vberuaren, mit worten oder mit werken, heimlichen oder offenlichen, noch anders mit dheinen sachen, one alles geuerde. Wir haben aûch fûr vns, vnser capitel, vnser vicarier vnd vnsern stifft mit gûten triwn, one geuerde, gelobt vnd geloben an disem brîf, alle vorgeschriben ding vnd mit namen alles, daz die vorgnanten viere oder vntder jn der merer teyl in allen vorgeschriben sachen beseczen, bestellen, handlen, ordiniren oder tûn, nachdem vnd davor geschriben stet, one geuerde, stete zû halten vnd dawider nicht ze tûn, mit gerichte, geystlichem oder werltlichem, oder ane gerichte, mit worten oder mit werken, heimlichen oder ôffenlichen, noch anders mit dheynen sachen, one alles geuerde, vnd aûch nŷmande, der dawider tûn wôlte, dez zûlegen, gesten oder gestatten, in dhein wise, one alles geuerde. Vnd dez alles zû eim gezûgnûzse vnd warem vrkûnde ist vnsers capitels jnsigel wissentlichen gehangen an disen brîf.

Der gegeben ist zû Wirczburg, da man zalt nach Crists gebûrt drûczehenhûndert jar vnd darnach in dem sybenvndsechczigstem jar, an dem nechsten sûntag vor dem obersten tag.

[1]) Quas literas, anno 1366 die 29 novembris datas, in Monumentorum boicorum volumine XLII, paginis 436—440 sub numero CLXVI edidimus. Sigillum abscissum esse videtur.

CXI.

1367, die 21 januarii.

Conrat von Saunshein stellt fest, dass er von Bischof Albrecht die Belehnung Arnolds vom Santhofe mit Zehenden zu Hergolczhusen vergeblich gefordert hat.

Jch Conrat von Saunshein, ritter, amptman zu Swinfurt, bekenne vnd tun kunt offenlichen an disem brief allen den, die in sehen, horen oder lesen, daz ich an dem tage, als diser brief geben ist, kame fur den hochwirdigen herren byschof Albrehten zu Wirczburk vnd vordert an jn vnd bat jn, daz er Arnolden vom Santhofe, Heinrichs vom Santhofe seligen sun, verlihe an den zcehenden zu Hergolczhusen, waz er jm von rehts wegen doran lihen solte. Vnd ich vordert auch an jn, daz er demselben Arnolden einen tak setzte, als jm die . . rittere erteilt hetten, als hernoch geschriben stet. Vnd dabie waren die erbern manne Conrat Heyber, burger zu Swinfurt, Erkenger von Saunshein von Randersacker, edelkneht, vnd Ecke vom Santhofe. Vnd wir die ieczgeschriben drie bekennen auch offenlichen an disem brief vnd sprechen alle drie bie der hulde, die wir getan haben vnserm obgenanten herren dem . . byschofe von der lehen wegen, die wir von jm haben, daz wir bie der vorgeschriben lehen vorderunge gegewertig gewest sin vnd daz er die dem obgenanten Arnolden niht lihen wolte vnd daz er demselben Arnolden keinen tak beschiede noch satzte, als jm die . . rittere mit vrteil hetten erteilt vor dem erwirdigen herren hern Gotfride von Nydegke, der von heizze dez obgenanten vnsers herren dez byschofs zu gerihte sazze, noch dez briefes sage, den derselbe Arnolt hat vnd der versigelt ist mit dezselben hern Gotfrides anhangendem jnsigel. Vnd diser dinge aller

zeym waren vrkunde vnd gezuknuzze haben wir Conrat von Saunshein, Conrat Heyber, Erkenger vnd Ecke, die obgenanten, vnser jeglicher sin eygin jnsigel gehangen an disen brief.

Der geben ist vnd diczs geschach zu Wirczburg in dem hofe Sebech genant, do man zalt nach vnsers herren Crists geburte druczehenhundert jar, darnoch im sybenden vnd sehtzigsten jare, an sant Agneten tak.

Quatuor sigilla fasciis membranaceis e his literis suspensa sunt. Primum, puto Conradi de SAVNSHeim, quod scutum quinquies per longitudinem sectum, et secundum, puto Conradi HeVBERN (?) iVNIoris, quod aquilam bicipitem in scuto exhibet, in marginibus valde laesa sunt. Tertii sigilli particula tantum cerae remanebat. Quartum sigillum, EKONIS · DE · SANTHOF, paulum in margine laesum, pellium variarum duas cuspides sursum versas in scuto exhibet.

CXII.

1367, die 7 maji.

Dietz von Tungden und Hans von Bibra quittiren dem Stifte Neumünster über eine Teilzahlung an der dem Hochstifte zur Schuldentilgung schuldig gewordenen Summe.

Wir Dietz von Tungden vnd Hans von Bibra, rittere, bekennen vnd tun kunt offenlichen an disem brief, das die ersamen herren der . . dechant vnd das . . capitel des stifts zu dem Nuwenmunster zu Wirczburg vns an der summe geltes fumfthalb tusent pfunt heller, die sie vnserm gnedigen herren Albreht bischof zu Wirczburg vnd sinem stifft zu vergeltung siner schulde schuldig worden sin, ietz vierhundert pfunt heller lantwerung gar vnd genczlichen bezalt vnd gewert haben. Vnd darvmb haben wir fůr vns vnd den vorgenanten vnsern herren bischof Albreht vnd sinen stifft zu Wirczburg die vorgenanten herren den dechant vnd das . . capitel der vorgenanten vierhundert pfunt heller an der egenanten summen gelts ledig vnd los gesaget vnd sagen sie auch der ledig vnd los mit disem brief.

Der mit vnsrer beider insigeln zu eym gezugnuzs darvber versigelt vnd geben ist, da man zalt nach Crists geburt drutzehenhundert jare vnd darnach in dem sibenvndsehczigsten jare, am nehsten fritag nach sant Walpurg tage.

Sigilli fortasse suspensi fascia membranacea remanebat, membrana alteri suspendendo incisa.

CXIII.

1367, die 23 maji.

Conrat Wernher und Hans Gotze verpflichten sich gegen den Domschulmeister Heinrich von Reinstein, der ihnen eine Wiese in der Mark zu Retzbach geliehen hat.

Jn gotes namen, amen. Wir Conrat Wernher vnd Hans Gotze, gesezzen zu Retzbach, bekennen vnd tun kunt offenlichen an disem brief allen den, die in sehen, horen oder lesen, daz vns der erwirdige herre her Heinrich von Reinstein, tumschulmeister zu Wirtzburk, zwene morgen wisen, vffem bach gelegen in der mark zu Retzbach, do einsit Conrat Wernhers vnd andersit Vmbescheidens wisen anstozzen, die in daz obley gehoren, daz der ietzgenante her Heinrich von Reinstein ietze innehat, vnd dieselben wisen vns derselbe her Heinrich von Reinstein gelihen hat. Darvmb so haben wir gelobt vnd geloben an disem brief mit vnsern hantgebenden trůwen fur vns vnd alle vnsere erben vnd auch nachkumen, die dieselben zwene morgen wisen innehaben, demselben hern Heinrichen von Reinstein oder dem ie, der daz vorgeschriben obley innehat, iegliches jars einen dienst ze tun mit einem wagene vnd mit vnsern pferden, zu welcher zit wir dez ie wurden ermant; — welches jars wir aber wurden ermant, den dienst ze tun im herbst, so sullen sie vns darzu ie lihen einen wagen vnd ein berfas —; vnd hiewider in deheinen ziten niht ze tun mit worten noch mit werken, mit

gerihten, geistlichen oder werltlichen, oder on gerihte, heimlichen oder offenlichen, noch anders mit deheinen sachen, on allerslahte geuerde. Vnd aller vorgeschriben dinge zeym gezuknuzze vnd waren vrkunde so haben wir, Conrat Wernher vnd Hans Gocze, die obgenanten, gebeten den erbern herren den . . official rihter an der roten tur zu Wirczburg, daz er sin jnsigel hat an disen brief gehangen. Vnd wir der ietzgenant . . official bekennen auch offenlichen an disem brief, daz dise bekentnuzze vnd alle vorgeschriben dink also vor vns bekant vnd geschehen sint. Dez zeym waren vrkunde vnd auch durch bete Conrat Wernhers vnd Hansen Gotzen, der obgenanten, so haben wir vnser jnsigel gehangen an disen brief.

Der geben ist, do man zalt nach vnsers herren Crists geburte drutzehenhundert jar, darnoch im syben vnd sehtzigsten jare, am nehsten suntage vor sant Vrbans tak.

Diser dinge sint gezůge vnd waren dabie: her Heinrich von Reinstein, sant Johans ordens; Heinrich Kresse, edelkneht; Heinrice von Rotenburg, der schriber; Fritze Wortwin; Wernher, Heinrich Lutze; Heinrich Gotze; Rutzel Smyt vnd Conrat Startze; vnd auch ander erber . . lůte.

In plica literarum: Sig[navit] Heinr[icus] de Rotenburg aud[itor]. Sigilli officialis partes fascia membranacea appendent.

CXIV.

1367, die 2 junii.

Der kaiserliche Hofrichter Herzog Friedrich von Tek setzt Arnolt vom Santhof in Nutzgewer von Zehendteilen zu Hergolczhowsen.

Wir Fridereich herczog von Tek sassen zu gericht zum Chadan anstat dez allerdurchleuchtigisten fursten vnd herren hern Karls, romischen keysers, zu allen czeiten merer dez reichs vnd kunigs zu Behem, vnd tun kunt mit disem brief, daz vor

vns eruollet vnd erchlagt hat vnd ouch mit rechter chlag vnd vrtail in nuczgewer geseczt ist Arnolt vom Santhof ouf den halben tail dez grossen czehendes vnd auf den czway tail dez chlainen czehendes in dorf vnd in velde zu Hergolczhowsen vnd auf alles das, vnd czu demselben czehenden gehort, wi das alles genant ist oder namen hat, besucht vnd vnbesucht. Vnd wir seczen den egenanten Arnolten von Santhof mit chraft dicz briefs in nuczgewer der vorgeschriben czehenden, besucht vnd vnbesucht, wann er di anleit dorauf ersessen vnd erczeugt hat mer dann drey tag vnd sechs wochen, als recht ist. Jm ist ouch vor vns mit gesampter vrtail ertailt, was er vnd alle sein helffer tun an denselben erchlagten czehenden, daz si doran nicht vreueln wider dhain gericht, lantgericht noch lantfrid, in dhain weis, sunder daz er sich derselben czehenden mag vnderwinden, angreiffen, cheren, wenden, domit tun vnd lassen, was ym daz pest vnd daz nuczist ist, vnd als mit seinem aygenleichen gut. Vnd geben ym von gerichcz wegen, als ertailt ist, zu schirmer doruber den erbirdigen fursten hern Albrechten pischolf zu Wirczpurk, hern Gerlachen vnd hern Goczen von Hochenloch, grauen Herman von Hennberg von Aschach, hern Boissen von Risenburk, haupman zu Sulczpach, hern Conraten von Sansheyn, den von Hesspurg, tumherr zu Wirczpurk, hern Cunraten von Sansheyn von Wyleczeyn, hern Hartman Fuchs von Dornheyn, hern Herman von Tunueld, Friczen von Grunbach, Stephan vnd Erkingern di Czollner, Hainczen vom Rebstok vnd Hansen Lamprechten vnd dorczu di purger gemainkleichen der stet Sweinfurt, Wirczpurk vnd Hetesueld, den wir allen gepieten von gerichtz wegen, als ertailt ist, vnd von vnsers obgenanten herren wegen dez keysers, daz si den egenanten Arnolt vom Santhof beschirmen vnd schowern ouf den vorgeschriben czehenden vnd ym ernstleich dorouf beholfen sein, als oft vnd als dik er es an si alle oder ygleichen besunder vodert. Vnd wer di weren, di dez nicht enteten, so ez an si geuodert wurde, zu den wolten wir richten, als recht wer.

Dez zu vrkunt geben wir ym mit vrtail disen brief, versigelt mit dez hofgerichcz anhangen jnsigel, am mitwochen nach dem aufuertag, nach Cristes gepurde dreyczehenhundert, darnach in dem syben vnd sechczigisten jar.

In plica literarum: Syfridus notar[ius] curie.

Sigillum cum contrasigillo fascia membranacea appendet in margine laesum. Utrumque sigillum Karoli quarti gladium et globum imperii tenentis dimidiam figuram in area exhibet, his verbis circumpositis: SIGILLV̄ · IVDICIS · CVRIE · KA(roli · qvarti · divi)NA · FAVENTE · CLEMENCIA · (Roman)OR' · IMPERATORIS · SEMPER · AVGVSTI · ET · BOEMIE · REGIS.

CXV.

1367

Fritz und Burchart von Seckendorf und Gôtz von Wypphelt quittiren über eine Zahlung, die ihnen Abt Friedrich von St. Stephan zu Wirzburg für Bischof Albrecht gemacht hat.

Wir Fricz von Seckendorf, von Rôtelse genant, Burchart von Seckendorf, Aberdar geheizen, rittere, vnd Gôtz von Wypphelt, edelknecht, bekennen offenlich an disem brîfe vnd tven kunt allen lůten, die jn lesen oder hôrn lesen, daz wir haben enphangen drůhundert phunt haller guter vnd geczalter lantwer von dem ersamen herren . . herren Friderich von gots verhencknisse apt des closters zv sancte Stephan zv̂ Wirczburg, sante Benedicten ordens, vnd sime conuent, die sŷ vns an gutem, bereitem vnde geczaltem gelte beczalt vnd gegolten haben fur den erwirdigen herren . . herren Albrecht byschof zv Wirczburg vnd synen styft. Vnd derselben druhunder phunde sagen wir den ẏczgenanten herren Albrech byschof zv̂ Wirczburg vnd herren Friderichen apt zv sante Stephan vnd ire styfte quit, ledig vnd los, on allez geverde. Vnd des zv̂ gůtem vrkund geb wir jn disen gegenwertigen quitbrîf, versigelt vnd bevestent mit vnsern jnsigeln, dî wir gehangen haben doran.

Der geben ist noch Crists geburt druczehenhundert iar vnd dornoch im syben vnd sechczigesten iare.

De tribus sigillis fasciis membranaceis e his literis suspensis primi fascia tantum rémanebat, secundum, BVRKARDI · ABERDAR · D · SEK (A et R bis, E et R, E et K ligata sunt), quod tiliae ramum in formam numeri 8 plexum in scuto exhibet, paulum in margine laesum, tertium GotfRIDi de (W)IPPhELT, quod cygnum in scuto exhibet, fractum et in margine laesum, nuperrime reparatum est.

CXVI.

1368, die 9 februarii.

Cůnz Fůchs, Amtmann zu Hasfůrt, reversirt sich gegen Bischof Albrecht, der ihm Zehendteile zu Grůszingshusen und Beyern versetzt hat.

Jch Cůncz Fůchs von Hasfůrt bekenne offenlich mit disem brîf. Wann der erwirdig min gnediger herre herre Albr[echt] bischof zu Wirczburg mir vnd minen erben die dritteil der zehenden zu Grůszingshusen vnd in dem wyler zu Beyern jngeantwert hat nach sage der brîf, die er mir doruber gegeben hot vnd die von wort zu wort hernach geschriben sten also:

Wir Albr[echt] von gots gnaden bischof zu Wirczburg bekennen vnd tůn kůnt offenlich an disem brîf, daz wir dem vesten knehte Cůnczen Fuchs, vnserm amptman zu Hasfurt, schuldig worden sin vnd gelten sollen acht vnd sehczig pfůnt heller vnd einen schilling heller, die er vns bereit gelihen hat an vnsrer schulde. Vnd wann wir îcz bereits gelts nichts enhaben, so haben wir dem obgnanten Cůnczen vnd sinen erben fůr dazselbe gelt reht vnd redlich jngeseczt vnd jngeantwertet daz dritteil vnsers zehenden zu dem dorffe zu Grůszingshusen vnd daz dritteil vnsers zehenden zu dem wiler zu Beyern mit allen nůczen, rechten vnd fryheiten, die wir vnd vnser stift doran haben vnd bizher doran gehabt haben. Doch ist geredt vnd gedingt, daz wir oder vnser nachkomen bischoff zu Wirczburg oder, ob

nicht bischofs do were, daz capitel doselbs in demselben rechten dieselben dritteil der zehenden widerlosen mûgen; vnd sullen vns der obgnante Cûncz vnd sin erben die wider zu lôsen geben vmb daz vorgnante gelt, wann oder welchs jars mans widerlôsen wil, also doch, daz die widerlosung geschehe alle iare virczehen tag vor sant Peters tag, der geuellet vmb die vasnacht, oder virczehen tag dornach vnd anders nicht. Vnd sie sollen sich auch dezselben gelts lazzen weren vnd beczaln an sulcher werung, die dann zû Wirczburg genge vnd gebe ist, one geuerde. Vnd were, daz die losung also niht geschehe vnd verczogen wûrde virczehen tag nach dem vorgnanten sant Peters tag, so sullen der obgnante Cûncz oder sin erben die gûlt vnd nûcze von denselben zehenden daz iar furbaz gar vnd gentzlich jnnemen. Wir auch noch vnser nachkomen bischôff zu Wirczburg noch daz capitel dezselben stiffts sollen den vorgnanten Cûnczen oder sinen erben an derselben widerlosûng nicht abslahen, waz sie der vorgeschriben zehenden genozzen haben vnd dauon jngenomen. Vnd dez alles zû eim getzûgnizze vnd worn vrkûnd ist vnser jnsigel gehenkt an disen brif.

Der geben ist zu Wirtzburg, do man zalt nach [Cris]ts[1]) gebûrt drûtzehen hundert jar vnd dornach in dem acht vnd sehzigstem jare, am nehsten dinstag vor sant Valentins tag.

Dorûmb so hon ich, der obgnante Cûncz, fûr mich vnd alle min . . erben gelobt, alle vorgeschriben ding stet zu halten vnd ze haben one geuerde vnd auch die vorgeschriben zehenden alle wider zu lôsen zu geben, wann ich oder min erben der obgeschriben aht vnd sehczig pfûnt vnd eins schillings an wirczburger werung gewert vnd bezalt werden. Vnd dez zu vrkûnd ist min jnsigel gehenkt an disen brif.

Der geben ist an der mitwuchen vor Valentinj, anno domini millesimo CCC° LX° octauo.

[1]) Huius nominis literae uncis inclusae, membrana perforata, desunt.

Sigillum CVNRADI · FVHS, quod vulpem erectam in scuto exhibet, fascia membranacea appendet mediocriter conservatum.

CXVII.

1368, die 5 aprilis.

Albertus episcopus ecclesiam Novimonasterii super solutione decimationis, pro sumptibus bellicis concessae, facta quitat.

Jn nomine domini, amen. Nos . . Albertus dei gracia episcopus herbipolensis presentium inspectoribus, maxime quorum interest vel intererit, patefacimus vniuersis, quod, cum . . sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Vrbanus diuina prouidencia papa quintus venerabilem virum ac dominum Petrum de Calesio, prepositum ecclesie nemausensis, suum ac sedis apostolice commissarium et nuncium ad colligendum et percipiendum decimam partem . . fructuum et prouentuum beneficiorum ecclesiasticorum in Alamania et regno Bohemie consistencium specialiter deputatum, ad partes huiusmodj destinasset, jdem dominus Petrus, domini nostri pape commissarius ac nuncius, mediante serenissimo domino domino Karolo Romanorum jmperatore ac rege Bohemie, vice et auctoritate sedis apostolice, sibi in hac parte, vt prefertur, commissa, nobiscum et nos secum conuenimus et concordauimus in hunc modum, quod nos pro expedicione et transitu per dominum nostrum Karolum jmperatorem predictum tunc, videlicet de anno domini millesimo CCC° LX° octauo, faciend[is] ad Lombardiam et Ytalie partes, ad quas idem dominus noster Karolus jmperator per sedem apostolicam predictam contra quasdam comitiuas detestabiles et crudeles pro defensione et tranquillo statu tam ecclesie quam jmperij vocatus fuit et requisitus, centum armatos bellicos, mitris ferreis munitos, ducere et dirigere deberemus nostre [1]) et ecclesie nostre herbipolensis sumptibus et expensis ac in recompensam et releuamen sumptuum et expensarum huiusmodj decimam predictam fructuum et prouentuum

beneficiorum ecclesiasticorum in nostris ciuitate et dyocesi necnon in ciuitate et dyocesi . . eystetensibus dumtaxat existencium leuare, percipere et exigere possemus et deberemus ac quitaciones dare et facere de perceptis; nosque exercitum centum armatorum, vt prefertur, duximus seu duci et dirigi fecimus ac procurauimus nostris et ecclesie nostre predicte sumptibus et expensis ac ex causa huiusmodj decimam specialiter fructuum et prouentuum . . dignitatum, prebendarum, vicariarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum ecclesie Nouimonasterii herbipolensis, decima parte fructuum et prouentuum prepositure eiusdem ecclesie dumtaxat excepta, leuari et percipi mandauimus et percepimus et leuauimus ducentos videlicet minus quatuor florenos auri boni ponderis et legales, ad quamquidem summam decimam predictam, habito respectu ad antiquam et communem estimacionem et taxacionem fructuum, jnuenimus se extendi. Quare ex parte honorabilium virorum . . decani, . . scolastici, cantoris, custodis, ceterorum canonicorum et personarum dicte ecclesie Nouimonasterii herbipolensis ipsorum et ipsius ecclesie nomine nobis extitit supplicatum humiliter et deuote, quatenus super solucione decime fructuum et prouentuum pretactorum nobis, vt predicitur, facta et super taxacione eorundem liberacionem et quitacionem ac literam quitacionis et liberacionis ipsis tradere dignaremur. Nos igitur, eorum supplicacioni huiusmodj iuste et racioni consone annuentes, jpsos et eorum ecclesiam predictam quoad decimam predictam liberauimus et quitauimus ac per presens scriptum liberamus et quitamus, jmmo verius ipsos et ecclesiam eorum liberos et quitos in hijs scriptis ad perpetuam rei memoriam pronunciamus et declaramus. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Herbipoli anno domini millesimo CCC° LX° octauo, feria quarta ante diem pasche.

[1]) Sic pro „nostris".

Sigillum Alberti episcopi (Heffner l. c., pag. 48 sub num. 65) fascia membranacea appendet fractum.

CXVIII.

1368, die 20 aprilis.

Heinricus de sancto Stephano, plebanus in Schezliez, partem census super domo sua Herbipoli sita vicariae altaris sancti Petri, siti in ecclesia herbipolensi, donavit.

Jn nomine domini, amen. . . officialis curie herbipolensis recognoscimus publice in hijs scriptis, quod coram nobis et in nostra presencia constitutus discretus vir magister Heinricus de sancto Stephano, plebanus parrochialis ecclesie in Schezliez, bambergensis[1] dyocesis, sanus per dei graciam mente et corpore, publice confessus fuit et recongnouit, quod ipse suo nomine emit et comparauit apud Johannem de Ariete, quondam ciuem herbipolensem, et Annam, eius vxorem legitimam, annuum censum seu canonem quinque solidorum hallensium, wlgariter dictum erbezins, quem habuerunt jn et super domo ipsius magistri Heinrici, sita in Herbipoli, ex vna muro antiquo ciuitatis herbipolensis, ex alia parte domui quondam Heinrici cappellani cappelle omnium animarum, jn cymiterio parrochie maioris ecclesie herbipolensis site, quam nunc inhabitat Albertus de Wyla, procurator curie herbipolensis,[2] cum jure conferendi ipsam domum seu de ipsa inuestiendj emphiteotas ipsius domus. De quo quidem censu pure et simpliciter donacione inter viuos donauit et dedit nomine census huiusmodj vicarie altaris sancti Petri, siti jn ecclesia herbipolensi, duos solidos hallensium, ipsi vicarie et altari suo pro tempore existentibus annue jn die sancti Martini episcopi a possessoribus emphi-

teotis ipsius domus persoluendos; resignans discreto viro Ludwico, rectorj ecclesie parrochialis jn Helblingstat, herbipolensis dyocesis, vicario vicarie predicte, ipsius vicarie nomine recipienti, ipsum censum duorum solidorum hallensium et jus predictam domum conferendj et de ipsa inuestiendj emphyteotas, quociens neccesse fuerit vel oportunum, ore, manu et calamo, vt fieri est moris vel conswetum. Jn premissorum testimonium omnium et singulorum presens jnstrumentum per notarium publicum subscriptum conscribi et publicarj mandauimus sigillique nostri appensione jussimus communirj.

Acta sunt hec, vt premittitur, de anno dominj M°CCC°LXVIIJ°, jndictione VJ^a, XX^a die mensis aprilis, hora quasi tercia, pontificatus sanctissimj in Christo patris et dominj nostrj domini Vrbanj diuina prouidencia pape V^{ti} anno VJ°, jn ciuitate herbipolensi, jn curia dicta Kestlerhof, jn domo minorj seu posteriorj fratrum dictorum de Leone alias de Moguncia, sita ibidem, presentibus discretis viris domino Conrado dicto de Brozzolczheim, vicario ecclesie herbipolensis, Johanne dicto de Fulda, herbipolensi commorante, et Johanne dicto Besmer, procuratore curie herbipolensis supradicte, pro testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

(Signum notarii.) Et ego Heinricus quondam Conradj Fries de Sulczbach, clericus ratisponensis dyocesis, publicus jmperialj auctoritate notarius, quia confessioni, recognicioni, donacioni, resignacionj ac alijs premissis, prout supra scripta sunt, presens vna cum dictis testibus interfui eaque sic fieri vidi et audiui, jdeo hoc presens jnstrumentum super ipsis de mandato domini . . officialis supradicti confeci et scripsi et in hanc publicam formam redegj, signo quoque officij mei solito signaui in fidem et testimonium eorundem, super eo jussus et requisitus.

[1]) Bambbis or. [2]) Hic verbum aliquod, fortasse „adiacente“, excidisse videtur.

Sigillum officialis fascia membranacea appendet in margine laesum.

CXIX.

1368, die 9 junii.

Coram officiali curiae et notario publico fideicommissarii Waltheri de Wysenbach, vicarii, ad vicariam altaris sanctorum Stephani et Viti in ecclesia herbipolensi siti curiam Zûm Kemmlin, Herbipoli sitam, tradiderunt.

Jn nomine domini, amen. . . officialis curie herbipolensis recognoscimus publice in hijs scriptis, quod in nostra ac Heinrici de Sulczbach, notarij publici, et testium fidedignorum subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presencia personaliter constituti honesti viri domini Conradus de Lykarczhusen, canonicus ecclesie collegiate in Oŕngew, herbipolensis dyocesis, et Conradus de Brosolczheim, vicarius ecclesie herbipolensis, fidecommissarij quondam domini Waltheri de Wysenbach, vicarij ecclesie herbipolensis iam predicte, salutem anime ipsius Waltheri defuncti, in quantum in jpsis est, procurare affectantes, dederunt, donauerunt et tradiderunt ac tradendo assignarunt pure et simpliciter ac presentibus donant et tradunt donacione libera et perfecta ac irreuocabili inter viuos meliori modo, jure et forma, quibus valet et valere potest, ad vicariam altaris sanctorum Stephani et Viti martirum, siti in crypta sub choro sancti Kyliani in ecclesia herbipolensi, et eidem vicarie ac ipsius vicario pro tempore existenti, quam dictus quondam dominus Waltherus, dum uixit, tenuit pacifice et possedit, curiam wlgariter dictam Zûm Kemmlin cum juribus et pertinencijs suis vniuersis, sitam in ciuitate herbipolensi, cum curia wlgariter dicta Zû Grossenkrutheim, sita ibidem, et duabus stratis publicis confinatam, soluentem singulis annis dominis . . decano et capitulo ac canonicis ecclesie herbipolensis predicte duo maldra tritici

mensure claustralis ibidem nomine annue pensionis, que fuit dicti quondam Waltheri, dum uixit. Eandem curiam cum omnibus juribus et pertinencijs suis ac omne jus, quod ipsis vt fidecommissariis prefati quondam Waltheri necnon eiusdem fidecommissionis nomine in ipsa curia et ad ipsam seu pro ipsa competebat seu competere poterat quouismodo, ore, manu et iactu calami, ut moris est, penitus resignarunt, a se abdicando et in prefatam vicariam ac ipsius vicarium pro tempore existentem cum pleno jure directe presentibus transferendo. Promittentes nobis . . officiali et Heinrico notario supradictis, vice ac nomine vicarie predicte et Dytrici dicti Willmût, pro nunc eiusdem vicarie vicarij, necnon omnium et singulorum aliorum, quorum interest uel intererit, stipulantibus et recipientibus, fide per ipsos et quemlibet eorum in manibus nostris prestita manuali, dictam donacionem ac omnia et singula premissa rata et grata firmiter tenere et habere et contra ea non facere uel venire, per se uel alium seu alios, directe uel indirecte, publice uel occulte, in judicio uel extra, alio ingenio, studio uel cautela, nec contra facienti uel venienti quouismodo consentire, absque omni vara. Jn quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium atque robur presens jnstrumentum super premissis confectum per notarium publicum supra et infra scriptum publicari mandauimus sigillique nostri appensione iussimus communiri.

Acta sunt hec, vt premittitur, de anno domini M°CCC°LX° octauo, jndictione VJ^a^, nona die mensis junij, hora terciarum eiusdem diei uel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia pape V^ti^ anno VJ^to^, in ciuitate herbipolensi, in curia dicta wlgariter Kestelerhof, in domo minori fratrum dictorum de Leone alias de Moguncia sita ibidem. Presentibus honestis et discretis viris domino Eberhardo de Zymern, theusaurario ecclesie sancti Johannis in Haug extra muros herbipolenses, Vlrico Mulhart, notario curie herbipolensis predicte, et Bertoldo de Byenbach, clerico mogunt[ine] diocesis, pro testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(Signum notarii.) Et ego Heinricus quondam Conradj Fries de Sulczbach, clericus ratisponensis dyocesis, publicus auctoritate jmperialj notarius, quia donacioni, assignacionj, tradicioni, resignacioni, stipulacionj ac alijs premissis vna cum testibus antedictis interfui eaque omnia sic fieri vidi et audiui, jdeo hoc presens instrumentum super ipsis confectum, occupatus, per alium scribi feci meque hic propria manu subscripsi et de mandato domini . . officialis supradicti in hanc publicam formam redegi, signo quoque mei officij solito signaui, desuper rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium premissorum.

Sigillum officialis curiae fascia membranacea appendet corruptum.

CXX.

1368, die 7 decembris.

Hans Gocze und Hans Steinhuser haben eine Gült auf Grundstücken bei Reczbach dem Domkapitel für den Vikarier in der Kapelle zu St. Katharinen in Wirzburg verkauft.

causis inter dictas partes ubicumque premissorum occasione iam pendentibus necnon omne jus et acciones ac omni juri et accioni, si quod uel si que ipsis abbatisse et monialibus ac conuentui ex literis huiusmodi seu virtute et vigore earundem seu alias vndecumque, si quas tamen ipsi habent uel habere poterunt de incorporacionibus factis uel fiendis dictarum proxime ecclesiarum parrochialium ac fructuum et prouentuum earundem, eis forsitan competit uel conpetere poterit in futurum, cedere, resignare et renunciare simpliciter uel alio modo legitimo permutare ac transferre, prout tunc dicti decanus et capitulum maluerint, in manibus et manus auditoris uel judicis aut judicum quorumcumque aut nostras seu successorum nostrorum quorumcumque pro tempore existencium seu cuiusuis alterius ad illam[7]) potestatem habentis, siue in romana curia seu extra, et omne jus et acciones huiusmodi premissis seu quibuscumque alijs modis ad hoc conuenientibus postmodum in eosdem decanum et capitulum transferre debeant et teneantur, dictorum tamen decani et capituli sumptibus et expensis, eciam in meliorem et firmiorem vim, virtutem, vigorem, effectum et efficaciam, quibus ipsis decano et capitulo huiusmodi litterarum donacio, litium ac juris et accionum cessio et translacio ac procuratorum constitucio, si que fieri deberent pro dictis consumendis, per dictos abbatissam ac moniales et conuentum, ut premittitur, meliori modo et forma communiter seu diuisim et alia supradicta omnia et singula plus prodesse et de jure valere poterunt pro effectu et consumacione incorporacionum dictarum proxime ecclesiarum parrochialium cum suis juribus ipsis decano et capitulo factis[8]) realiter et legitime consequendo et inpedimenta et obstacula quecumque ipsis forsitan fienda remouendo, dum et quando ab ipsis decano et capitulo desuper fuerint requisiti, absque contradictione, obstaculo seu impedimento quibuscunque, fraude eciam et dolo penitus circumscriptis. In casum autem et euentum, in quem literas aliquas haberent uel habere possent, in quibus tamen literis seu quarum tamen virtute non [illegible] ecclesiae in Minori Ochssenfurt et [illegible] beneficia ipsis abbatisse et

monialibus ac conuentui predictis forent et essent incorporate, extunc in euentum huiusmodi prefati abbatissa et moniales ac conuentus obligati et astricti esse non deberent nec debeant ad tradendum huiusmodi literas decano et capitulo predictis ad vtendum eisdem pro defensione juris ipsorum, quod habent uel habere poterunt in futurum in ecclesijs proxime dictis aut altera earum vigore incorporacionis earundem ecclesiarum uel alias, pro ipsorum vtilitate, nisi prius prefati decanus et capitulum ipsis abbatisse, monialibus et conuentui sufficienter cauerent de restituendo ipsis huiusmodi literas sanas et illesas, postquam illis vsi fuissent ad effectum, ad quem tunc illis vti vellent. Jnsuper, ut premisse concordie et amicabiles composiciones firmiores existerent, prefate partes ultrocitroque et ad inuicem, bona ipsarum fide nobis manualiter prestita vice, loco et nomine juramenti jta, quod vim, effectum et virtutem juramentorum, que per ipsas partes super sancta dei ewangelia prestita fuissent, obtinerent et habere deberent, promiserunt et quelibet ipsarum promisit, premissis omnibus et singulis firmiter attendere et illa rata, grata et firma perpetuo habituri et contra illa seu aliquod premissorum non venire uel facere velle seu aliquid attemptare per se uel alium seu alios publice uel occulte, directe uel indirecte, causa uel occasione, ingenio, machinacione, studio uel cautela seu quouis alio figmento uel quesito colore, in judicio seu extra, nec alijs seu alicui contra premissa uel aliquod earundem[9]) facere, venire uel attemptare volentibus seu machinantibus quouismodo assistere verbo uel facto nec illis seu illi vllo vnquam tempore dare, prestare uel adhibere auxilium, consilium, juuamen uel fauorem publice uel occulte; renunciantes ob hoc expresse dicte partes et ipsarum quelibet nominibus, quibus supra, sub virtute prefate fidei prestite, ut prefertur, beneficio restitucionis in integrum ac generaliter omni defensioni, excepcioni ac quouis alio auxilio et juuamine juris canonici et ciuilis, statutorum et consuetudinum eciam in judicio contradictorio obtentarum necnon omnibus literis, jndultis, concessionibus, priuilegiis, libertatibus, exempcionibus ac immunitatibus a romanis pontificibus, jmperatoribus romanis

ac ab alijs regibus necnon quibuscumque principibus, dominis uel personis ecclesiasticis et temporalibus, illas et illa dare valentibus, datis et dandis, jmpetratis et jmpetrandis, obtentis et obtinendis, in genere uel in specie, eciam sub quibuscumque forma uel verborum tenore conceptis, propter que seu aliquod eorundem seu quorum aut alicuius eorum causa uel occasione dicte partes uel aliqua earundem per se uel submissas personas contra premissa uel aliquod premissorum communiter uel diuisim facere seu venire seu illa uel aliquod de eisdem infringere, annullare et cassare seu infringi, annullari seu cassari facere possent quouismodo, fraude et dolo penitus in omnibus et singulis premissis circumscriptis, et presertim juri dicenti, generalem renunciacionem non valere, nisi de jure, cui renunciari debet, renuncians fuerit certificatus, et quod aliter seu alio modo aut plus uel minus scriptum quam factum aut factum plus uel minus quam scriptum existeret. Porro, ut omnia et singula supradicta eo suum pleniorem sortiri possent aut sortirentur effectum, quo nostra collaudacio, approbacio, confirmacio, auctorizacio et consensus in premissis interveniret[1]), prefate partes ac ipsarum quelibet nobis humiliter supplicarunt, ut premissa omnia et singula communiter et diuisim rata, grata, accepta et firma habentes ex certa scientia nostra et auctoritate ordinaria collaudare, approbare, auctorizare et confirmare dignaremur. Nos igitur Gerhardus episcopus supradictus, peticioni dictarum parcium tamquam iuste et racionabili annuentes, omnia et singula supradicta, sic, ut prefertur, coram nobis acta, facta et agitata, in vim, effectum et virtutem prefate amicabilis concordie inuiolabiliter perpetuo obseruande auctorizauimus, collaudauimus, ratificauimus et ex certa nostra sciencia et auctoritate nostra ordinaria, eciam modo, forma, jure, via, causa, effectu et efficacia melioribus, quibus possumus et debemus, approbamus et confirmamus in hijs scriptis, jus tamen spirituale et temporale, tam ex lege dyocesana quam jurisdiccionis seu ordinarie nobis et successoribus nostris pro tempore existentibus in dictis ecclesijs uel earum aliqua de jure uel consuetudine seu alio quouis modo competentibus[10]) nobis et successoribus nostris specialiter et

expresse reseruantes. Jn quorum omnium et singulorum testimonium euidens atque robur nostrum sigillum maius vnacum prefatorum abbatisse et conuentus ac capituli ecclesie nostre herbipolensis sigillis pendentibus est appensum. Nosque Hedwigis abbatissa et moniales ac conuentus ac Rudolffus de Werthem, nunc vicegerens decani et senior de capitulo, ac capitulum predicti recognoscimus et fatemur publice in hijs scriptis communiter et diuisim pro nobis ac nostris successoribus et succedentibus in futurum, predicta omnia et singula, prout supra scripta sunt, de nostra certa scientia ac pura et spontanea voluntate ex causis suprascriptis processisse ac sic acta et gesta ac facta fuisse et esse, ut prefertur, et omnia et singula eciam illa firmiter adimplere, perficere ac consumare ac inuiolabiliter obseruare et tenere velle et debere, vt de nobis ambabus partibus prenominatis communiter et diuisim suprascriptum existit. Jn quorum eciam testimonium nostrorum abbatisse et conuentus et monasterii in Kiczingen ac capituli ecclesie herbipolensis sigilla cum prefati reuerendi patris domini Gerhardi episcopi nostri herbipolensis sigillo presenti carte et litere ex certa nostra scientia et mandato sunt appensa.

Datum et actum in ciuitate nostra herbipolensi, in curia volgariter nuncupata Wirtenberg et in aula seu stupa yemali eiusdem curie, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, jndiccione quarta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacij digna dei prouidencia pape noni anno octauo, in vigilia beati Thome apostoli, que fuit vicesima dies mensis decembris.

[1]) Sic or. [2]) Sic pro „facta". [3]) Hic „debent" deesse videtur. [4]) Sic pro „factis". [5]) Hic „impedire debeant" vel simile deesse videtur. [6]) Sic pro „alterius". [7]) Sic pro „illud". [8]) Sic pro „factarum". [9]) Sic pro „eorundem". [10]) Sic pro „competentia".

Quatuor sigilla, episcopi (Heffner l. c. tab. IX num. 1), abbatissae Hedwigis ac conventus monasterii in Kiczingen, capituli wirziburgensis, fasciis membranaceis appendent mediocriter conservata.

CCCLXXXVI.

1396, die 20 decembris.

Gerhardus episcopus concordiam approbat, quam monasterium s. Hadlagis in Kiczingen de ecclesia ibidem parrochiali cum capitulo wirziburgensi inierat.

Jn nomine domini, amen. Gerhardus dei gracia episcopus herbipolensis ad subscriptorum memoriam sempiternam! Cum racioni congruat, juri consonet et bene conueniat equitati, vt hij in officio caritatis illis sint obnoxij ac eciam naturaliter obligati, a quibus beneficia et emolumenta non modica noscuntur accepisse, hinc est, quod religiose nobis in Christo dilecte Hedwigis abbatissa, Agneta de Zolern et Anna de Wylnaw, moniales monasterij sancte Hadlagis in opido Kiczingen siti, ordinis sancti Benedicti, nostre diocesis, suo et conuentus ipsorum nominibus, coram nobis personaliter constitute[1]) asserentes, se et conuentum ac monasterium ipsorum multa bona temporalia, ipsis et eorum monasterio perpetuis temporibus vtilia vtilitatemque ac profectum non modicos inportancia, a venerabilibus viris decano et capitulo ecclesie nostre herbipolensis habuisse, acquisiuisse et recepisse ac hodie habere, tenere et possidere, presertim virtute cuiusdam concordie et composicionis amicabilis de et super quibusdam litibus, questionibus et controuersijs, quas abbatissa, moniales et conuentus ex vna et decanus et capitulum prefati parte ex altera occasione cuiusdam incorporacionis et vnionis parrochialis ecclesie in Kiczingen fructuumque, reddituum et prouentuum ipsius eidem monasterio dudum facte habuerant in romana curia et extra, nouiter tamen inite, facte et inter ipsas partes peracte, et allegantes, ob hoc se ipsas eisdem decano et capitulo ad gratitudinem et recompensam faciendam non inmerito obligari et proinde ipsis viceuersa velle esse grate, ut tenentur, quapropter, diuersis tractatibus conuentualibus seu capitulariter

et conuentualiter ac solempniter super infrascriptis fiendis peractis, ut jus exigit et requirit, maturaque deliberacione inter ipsas conuentualiter, ut in rerum ecclesiasticarum alienacionibus perpetuis juris et moris existebat, prehabita, ut dicebant, omnia et singula jura ac omne et totum jus, temporalia et temporale, ac eciam feuodalia, que ipsa abbatissa et conuentus ac monasterium ipsorum in villis videlicet Minori Ochssenfurt, nostre diocesis, habent, tenent et possident et que ad ipsos abbatissam et conuentum ac monasterium pro nunc spectant uel pertinere et spectare debent, et presertim jus infeuodandi seu in feuodum concedendi et conferendi bona feuodalia siue censualia quecumque et personis quibuscumque ac eciam jus dandi et deputandi aduocatum et scultetum in villa Minori Ochssenfurt supradicta vnacum jure patronatus in Minori Ochsenfurt et in Bibert ecclesiarum seu jure presentandi rectorem ad illas, per nos postmodum instituendum, ut juris et moris existit, que omnia et prout ad abbatissam et conuentum ac monasterium predicta hucusque spectauerunt et pertinuerunt hodieque pertinet[2]) et spectet[2]), nullis bonis et juribus sibi in dicta villa Minori Ochsenfurt reseruatis, donacione legitima inter viuos et irreuocabili, consensu nostro et auctoritate ordinaria ad hoc expresse accedente, prefatis decano et capitulo presentibus et consencientibus ac ratum habentibus atque acceptantibus in perpetuum donauerunt, dederunt et tradiderunt ac donant, tradunt et dant et in eos transferunt, a se plenarie abdicando per presentes, consencientes eciam expresse, quod per quascumque personas, quarum interest huiusmodi bona conferendi, ipsis decano et capitulo conferantur et concedantur perpetuo possidenda. Et insuper, ut donacio et translacio huiusmodi et omnia supradicta eo firmiora remaneant et pleniorem obtineant roboris firmitatem, prefate abbatissa et moniales predicte pro se, succedentibus et ipsorum conuentu ac monasterio, bona ipsorum fide nobis manualiter prestita vice et loco, virtute et efficacia juramentorum, si que prestitissent in hoc casu, et ita, quod dicta fides sic per eas prestita se ipsas et ipsorum conuentum communiter et diuisim taliter et sic efficaciter arcet, arceat, obliget

et astringat, ac si super sancta dei ewangelia, per ipsas et earum quamlibet suis manibus corporaliter tacta, solempniter jurassent, coram nobis promiserunt et per presentes promittunt, abdicacionem, donacionem et translacionem antedictos[2]) ac omnia alia et singula prenarrata grata et rata ac firma perpetuis temporibus se habituros et contra ea seu aliquod earundem[2]) non venire seu facere velle aut quicquam attemptare per se, alium uel alios, publice uel occulte, directe uel indirecte, quouismodo, in judicio uel extra, nec alijs seu alicui contra premissa aut aliquod premissorum facere, venire aut attemptare volentibus seu machinantibus quouismodo assistere verbo uel facto nec illis uel illi vllo vnquam tempore dare, prestare uel adhibere auxilium, consilium, juuamen uel fauorem publice uel occulte, renunciantes eciam expresse prefate abbatissa et moniales ipsorum et conuentus ac monasterii ipsorum nominibus beneficio restitucionum in integrum ac generaliter omni defensioni et excepcioni atque quouis alio auxilio et juuamine[2]) juris canonici et ciuilis, statutorum et consuetudinum eciam in judicio contradictorio obtentarum necnon omnibus literis, jndultis, concessionibus, priuilegijs, libertatibus, exempcionibus ac immunitatibus, a romanis pontificibus ac imperatoribus et regibus romanis et ab alijs regibus et principibus, dominis et personis quibuscunque ecclesiasticis et temporalibus illas, illos et illa dare valentibus datis et dandis, jmpetratis et jmpetrandis, obtentis et obtinendis, in genere uel in specie, eciam sub quibuscunque forma seu verborum tenore conceptis, propter que seu aliquod eorundem aut quorum uel alicuius eorum causa uel occasione dicte abbatissa et conuentus per se uel submissas personas contra premissa uel aliquod premissorum communiter uel diuisim facere aut venire seu illa aut aliquod ex eisdem infringere, annullare uel cassare seu infringi, annullari uel cassari facere possent quouismodo, fraude et dolo penitus in omnibus et singulis premissis circumscriptis, et presertim juri dicenti, generalem renunciacionem non valere, nisi de jure, cui renunciari debet, renuncians fuerit certificatus. Porro, ut omnia et singula supradicta eo suum pleniorem sortiri possent ac sortirentur effectum, quo nostra

collaudacio, auctorizacio, approbacio et consensus expressus in premissis interueniret, prefate partes et ipsarum quelibet, videlicet dicta abbatissa et conuentus ac dicti decanus et capitulum ecclesie herbipolensis nominibus, quibus supra, nobis humiliter supplicarunt, ut premissa omnia et singula communiter et diuisim rata, grata, accepta et firma habentes ex certa nostra sciencia approbare, auctorizare et confirmare dignaremur, cum et ipse ambe partes predicta approbarent et firmissime tenere et in suo robore obseruare vellent. Nos igitur Gerhardus episcopus supradictus, peticioni dictarum parcium tamquam iuste et racionabili annuentes, omnia et singula supradicta sic, ut prefertur, coram nobis acta, facta et agitata auctorizauimus, collaudauimus, ratificauimus et approbauimus ac ex certa nostra sciencia, auctoritate nostra ordinaria, modo, forma, jure, via, causa, effectu et efficacia melioribus, quibus possumus et debemus, auctorizamus, collaudamus, ratificamus et approbando confirmamus in hijs scriptis, jus tamen spirituale et temporale, tam ex lege dyocesana quam jurisdiccionis nobis et successoribus nostris pro tempore existentibus in futurum in dictis bonis de jure uel consuetudine hactenus obseruata seu alias quouismodo competenti[3]) et debita nobis, ecclesie nostre et successoribus nostris specialiter et expresse reseruantes. Jn quorum omnium et singulorum testimonium euidens atque robur nostrum sigillum maius vnacum prefatorum abbatisse et conuentus ac capituli ecclesie nostre herbipolensis sigillis pendentibus est appensum. Nos quoque Hedwigis abbatissa et conuentus ac Rudolffus de Werthem, nunc vicegerens decani et senior de capitulo, ac capitulum predicti recognoscimus et fatemur publice in hijs scriptis communiter et diuisim pro nobis ac nostris successoribus et succedentibus in futurum, communiter uel diuisim, predicta omnia et singula, prout supra scripta sunt, de nostra certa sciencia ac pura et spontanea voluntate ex causis suprascriptis processisse ac sic acta et gesta ac facta fuisse et esse et illa firmiter adimplere, perficere ac consumare ac inuiolabiliter obseruare et tenere velle et debere, ut de nobis ambabus partibus prenominatis communiter et diuisim supra scriptum

existit. Jn quorum eciam testimonium nostrorum abbatisse et conuentus ac monasterii in Kitzingen ac capituli ecclesie herbipolensis sigilla cum prefati reuerendi patris domini Gerhardi episcopi nostri herbipolensis sigillo presenti carte et litere ex certa nostra sciencia et mandato sunt appensa.

Datum et actum jn ciuitate nostra herbipolensi, jn curia wlgariter nuncupata Wirtenberg et in aula seu stupa yemali eiusdem curie, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, jndicione quarta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacij digna dei prouidencia pape noni anno octauo, jn vigilia beati Thome apostoli, que fuit vicesima dies mensis decembris.

1) Hic verbum „comparuerunt" vel simile supplendum est. 2) Sic or. 3) Sic pro „competentia".

Quattuor sigilla indicata fasciis membranaceis appendent, sigillo episcopi (Heffner l. c. tab. IX num. 1) in margine fracto.

CCCLXXXVII.

1397, die 17 aprilis.

Die Gebrüder Heinrich und Wernher von Slitcz quittiren dem Bischof von Wirzburg über Bezahlung von 100 Gulden für geleistete Hilfe.

Jch Heinrich von Slitcz vnde Wernhir von Slitcz, genant von Gertcz, gebrudere, bekennen uffinklich an diszim ůffin brif, solch hundirt guldin, alz vns vnsser gnedigir here von Wirtzebůrg gebin sal vmme holffe, die hat vns Glatcze gutlich bezcalt uff den montag nest nach palmen. Vnde sagin vnssern hern vorgenant der hundirt guldin quit, ledig vnde los in diszim uffin brif vnder myn Heinrichs jngesigel, des ich mich Wernhir mit em gebruche.

Anno dominj M°CCC°XCVIJ°, des dinstages nest nach palmen.

Sigillum, his literis chartaceis extrinsecus impressum, totum decidit.

CCCLXXXVIII.

1397, die 30 junii.

Johannes Stuncke procuratorio nomine liti, quae inter capitulum wirziburgense et abbatissam conventumque monasterii ordinis s. Benedicti in Kiczingen de ecclesia ibidem parrochiali apud curiam romanam vertebatur, renunciat.

Jn nomine dominj, amen. Pridem sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Bonifacius diuina prouidencia papa VIIIJ causam et causas appellacionis seu appellacionum interpositarum pro parte venerabilium virorum dominorum decani et capituli ecclesie herbipolensis a quadam diffinitiua sentencia, per reuerendum patrem dominum Nicolaum episcopum ferentinat[ensem], sacri palatij apostolici causarum auditorem, lata in causa seu causis, que coram ipso domino episcopo et auditore uertebantur inter dictos dominos decanum et capitulum ex vna et religiosas dominas abbatissam et conuentum monasterij in Kiczingen, herbipolensis diocesis, de et super parrochiali ecclesia in Kiczingen dicte diocesis, bonis et rebus alijs in dicta causa deductis et eorum occasione, parte ex altera, nobis Johanni Prenen, vtriusque juris doctori, dicti domini nostri pape cappellano et dicti palatij causarum auditori, commisit audiendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus juribus dependentibus et connexis. Cuius quidem commissionis vigore per nos in causa et causis huiusmodi et inter partes predictas seu earum legitimos procuratores ad nonnullos actus judiciales citra tamen conclusionem rite et legitime processo, subsequenter constitutus coram nobis die et hora infrascriptis discretus vir magister Johannes Stuncke in romana curia et dictorum dominorum decani et capituli principalium, in dicta nobis facta commissione principaliter descriptorum, procurator, de cuius procura-

cionis mandato nobis ad infrascripta legitime doc[umen]tum extitit, et, ut asseruit, non vi aut metu inductus, sed ex certa sua sciencia et mera voluntate et informatus, ut dixit, de uero iure suarum parcium omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius, tucius et efficacius fieri potuit et debuit, juri, liti et cause huiusmodi pure et simpliciter cessit et renunciauit et nichilominus huiusmodi cessionem siue renunciacionem per nos admitti instanter postulauit. Nos igitur Johannes auditor prefatus, recepto ab eodem magistro Johanne Stuncke procuratore et per eum ad mandatum nostrum et in nostris manibus, tactis manualiter scripturis sacrosanctis, ad sancta dei ewangelia corporali prestito juramento, quod in huiusmodi cessione siue renunciacione nec dolus, fraus, illicita paccio uel aliqua symoniaca prauitas interuenisset nec interueniret neque interuenit, huiusmodi cessionem siue renunciacionem duximus admittendum et admisimus. Jn quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes nostras literas seu presens publicum instrumentum per Conradum notarium publicum infrascriptum fieri, subscribi et publicari mandauimus nostrique sigilli fecimus appensione muniri.

Datum et actum Rome in hospicio habitationis nostre, sub anno a natiuitate domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, jndiccione quinta, die sabbati, tricesima et vltima mensis junij, pontificatus dicti dominj nostri dominj Bonifacii pape VIIIJ anno octauo, presentibus ibidem discretis viris magistris Johanne de Turnout, in romana curia procuratore, Wenceslao Rohle, rectore parrochialis ecclesie sancti Martini pragensis, et Johanne Poling, notario publico clerico monasteriensis diocesium, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Signum notarii.) Et ego Conradus Coper de Nortwyc, clericus traiectensis diocesis, publicus apostolica et jmperiali auctoritate notarius et dicti dominj Johannis auditoris scriba, quia predictis renunciacioni, juramenti prestacioni et admissioni, dum sic, ut premittuntur, fierent et agerentur, vnacum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audiui, jdeo hoc presens publicum jnstrumentum manu mea propria scriptum

subscripsi, publicaui et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis vnacum appensione sigilli dicti dominj auditoris signaui, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Sigillum deest, membrana ei suspendendo incisa.

CCCLXXXIX.

1397, die 2 julii.

Bonifacius papa IX. concordiam inter abbatissam conventumque monasterii ordinis s. Benedicti in Kytzingen et capitulum ecclesiae herbipolensis de ecclesia parrochiali Kytzingen factam confirmat.

Bonifacivs episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Jis, que pro quiete et commodo eterne beatitudinis amatricum, que habitu sacre religionis assumpto vni viro Christo uidelicet se uoto celebri desponsarunt, facta sunt, ut illibata consistant, libenter, cum a nobis requiritur, apostolici muniminis adijcimus firmitatem. Dudum siquidem pro parte dilectarum in Christo filiarum abbatisse et conuentus monasterij in Kytzingen, ordinis sancti Benedicti, herbipolensis diocesis, nobis exposito, quod olim venerabilis frater noster Philippus episcopus ostiensis, tunc in illis partibus apostolice sedis legatus, ex certis rationabilibus causis, super hoc inquisicione prehabita diligenti, in Kytzingen et in Cleinossenfurt ac in Bybert, dicte diocesis, parrochiales ecclesias, que de iure patronatus eiusdem monasterij extiterant, prout existebant, auctoritate legationis huiusmodi eidem monasterio perpetuo incorporauerat, annexuerat et uniuerat ita, quod cedentibus uel decedentibus rectoribus earundem ecclesiarum uel alias ipsas ecclesias quomodolibet dimittentibus liceret eisdem abbatisse et conuentui, corporalem possessionem ipsarum ecclesiarum et cuiuslibet earum iuriumque

et pertinentiarum earundem apprehendere et retinere libere et licite in usus earum, diocesani loci uel alterius super hoc licentia uel consensu minime requisitis, reseruata nichilominus de fructibus, redditibus et prouentibus cuiuslibet ipsarum ecclesiarum pro perpetuo vicario pro tempore domino seruituro inibi instituendo, qui curam animarum parrochianorum singularum earundem ecclesiarum exerceret, congrua portione, de qua quilibet ipsorum vicariorum sustentari, episcopalia iura soluere et alia sibi incumbentia onera posset congrue supportare; quodque postmodum, cum dictus episcopus tunc legatus ad romanam curiam reuersus extitisset, predicta ecclesia in Kytzingen, quam quondam Bertholdus de Grunbach, ipsius ecclesie in Kytzingen rector, dum uiueret, obtinebat, per ipsius Bertholdi obitum, qui extra dictam curiam decesserat, uacante, quondam Heinricus de Swartzburg clericus, qui, notarius noster ac venerabilis fratris nostri Gerardi episcopi herbipolensis consanguineus existens, pretextu quarundam litterarum nostrarum, per quas benefitium ecclesiasticum cum cura uel sine cura ad collationem, prouisionem, presentationem seu quamuis aliam dispositionem earundem abbatisse et conuentus communiter uel diuisim pertinens expectabat, in eadem ecclesia in Kytzingen, sic, ut premittitur, uacante, eisdem abbatissa et conuentu propter potentiam dicti Heinrici aut alias non presumentibus commode contradicere seu alias ipsius ecclesie in Kytzingen sic uacantis possessionem protunc apprehendere, se intruserat ac illam extunc detinuerat occupatam; et quod postmodum, [1]) dictus Heinricus, in possessione dicte ecclesie in Kytzingen exiştens, similiter extra eandem curiam diem clausisset extremum, prefate abbatissa et conuentus uigore predictarum litterarum eiusdem Philippi episcopi tunc legati corporalem possessionem predicte ecclesie in Kytzingen apprehenderant et extunc tenuerant, prout tunc etiam tenebant, in usus earundem: Nos ad ipsarum abbatisse et conuentus instanciam incorporationem, annexionem et unionem predictas de eisdem ecclesijs, quarum centum et quadraginta, eidem monasterio, cuius centum marcharum argenti fructus, redditus et prouentus secundum communem exti-

uero, sicut eadem petitio subiungebat, lite huiusmodi coram dicto Johanne auditore indecisa pendente, prefati decanus et capitulum cum eisdem abbatissa et conuentu super ipsa ecclesia in Kytzingen se amicabiliter concordarunt ac liti et cause huiusmodi ac omni iuri eis in dicta ecclesia in Kytzingen seu ad eam quomodolibet competenti coram certis notario publico et testibus extra dictam curiam primo et deinde per certos suos procuratores, ad hoc ab eis specialiter constitutos, ad abundantiorem cautelam ipsarum abbatisse et conuentus in manibus prefati Johannis auditoris sponte et libere cesserunt, ipseque Johannes auditor, quantum in eo fuit, cessionem admisit antedictam, prout in jnstrumentis publicis super concordia et cessione huiusmodi confectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte ipsorum abbatisse et conuentus nobis fuit humiliter supplicatum, ut, ne eas super prefata ecclesia in Kytzingen amplius molestari contingat, concordie et cessioni huiusmodi robur apostolice confirmationis adijcere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, statum cause huiusmodi ac omnium premissorum habentes presentibus pro expresso et uolentes prefatas abbatissam et conuentum ob sincere deuotionis affectum, quem ad nos et romanam gerunt ecclesiam, fauoribus prosequi gratiosis, huiusmodi supplicacionibus inclinati, concordiam et cessionem huiusmodi ac omnia inde secuta rata habentes atque grata, ea auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan interuenerint in premissis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis, suppletionis et constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum, VI. nonas julij, pontificatus nostri anno octauo.

[1]) Hic verbum „cum“ deesse videtur.
In plica: R[egistra]ta gratis N. Heynlini.
Sigilli suspensi fila serica rubri ac flavi colorum tantum remanebant.

CCCXC.

1398, die 11 maji.

Hans von Bybra der Junge reversirt sich gegen Bischof Gerhart, der sich ihm laut eingerückter Urkunde vom 9. Mai 1398 zu einer Schuld von 1590 Gulden bekannt hat.

Jch Hans von Bybra der junge, herren Dytherichs seligen son, bekennen an diessem offin brieffe fůr mich vnd alle myne erben. Als ich den erwerdigen mynen gnedigen herren herren Gerharten bischoff czů Wirczeburg vnd daz cappitel des stiffts czů Wirczebůrg vszgeczogen vnd loisz gemacht han funffczehenhundert gulden vnd nuenczig gulden, die sie mir virbriefft vnd virsigelt han, als von worte zu worte hernach geschriben stet:

Wir Gerhart von gots gnaden bischoff czu Wirczburg bekennen vnd tun kůnt offenlich an diessem briue gein allermenlichen, daz wir mit willen, wiszen vnd virhengnisze vnsrer lieben andechtigen dez cappitels gemeinlich vnsers stiffts czu Wirczbůrg recht vnd redlichen schuldig worden sin vnd gelten sollen vnserm lieben getruwen Hansen von Bybra dem jungen, hern Ditrichs seligen sone, vnd allen sinen erben fomfczehenhundert gulden vnd nuenczig gulden, alle gůt an golde vnd swere gnůg an gewichte. Vnd die scholt ist also herkomen: tusent gulden, die er vns vnd vnsern stifft vssgeczogen und ledig gemacht hat gen dem edeln Ditrichen herre czu Bickenbach vnd gein sinen erben; fůnffhundert gulden, der er vns gein Conczen Steinrucken vnd gein sinen erben ledig gemacht vnd uszgeczogen hat, die wir yme schuldig sin gewest fůr sine hengeste vnd pherde, die im abegingen, do er vnser helfer wasz gein Dieczen von Tungen; vnd nuenczig gulden, dofůr er vns vnd vnserm stiffte daz dorff Eysershusen ledig vnd loisz

gesaget hat. Auch hat der vorgenant Hans vns vnd vnserm stiffte daz dorff Zůr Linden ledig vnd loisz gesagt mit solcher bescheidenheit, daz er vnd sine erben sovil nůczůnge vnd gulte in dem ampte zu Trimperg uffheben vnd innemen sollen, als in uff dem iczuntgenanten dorffe Czůr Linden virwiset ist gewest, on geuerde. Die vorgenanten funffczehenhundert gulden vnd nuenczig gulden gereden wir fůr vns, vnsere nachkůmen vnd vnsern stifft dem vorgenanten Hansen oder sinen erben gůtlichen czů gelten vnd czů beczaln uff den nehsten zukunfftigen sendt Peters tag, kathedra genant, on geuerde. Vnd sollen yme oder sinen erben von der vorgenanten schůlde zu rechter gůlte reichen vnd geben anderhalbhundert gulden vnd nuen gute gůlden ůff den nehsten czukunfftigen sendt Mertins tag. Vnd sie sollen oůch die vorgenanten gulte uffheben vnd innemen in dem ampte czu Trimperg vnd ůff allen den guten, die daryn gehoren, on hindernisz. Vnd wer sache, daz wir, vnsere nachkůmen oder vnser stifft dem vorgenanten Hansen oder sine erben der vorgenanten schulde nicht beczalten ůff daz czile, als vor geschriben stet, so sollen wir, vnsere nachkomen oder vnser stifft dem megenanten Hansen oder sinen erben dornach vnd furbaszmere alle jare jerlichen von der vorgenanten schulde, dieweile vnd die nicht beczalt ist, ye von czehen gulden eynen gulden zu rechter gulte reichen vnd geben ůff die czijte, als vor geschriben stet, die sie ouch alle jare uffheben vnd innemen sullen jerlichen mit sovil gůlte, als in vormals Zůr Linden bewiset ist gewest, in dem vorgenanten ampte zu Trimperg mit aller andrer irer gůlte, die in vormals dorin virschriben ist, on geuerde. Wir, vnsere nachkomen oder vnserr stifft sollen oder wollen ouch daz vorgenant slosz vnd ampte Trimperg von dem vorgenanten Hansen von Bibra oder sinen erben nach lůte vnd sage solicher briue, die sie vormals von vns vnd vnserm stiffte daruber haben, nicht losen, ez sie dan, daz sie vorhin der vorgenanten schulde vnd oůch der jerlichen gůlte, als vor geschriben stet, genczlichen vnd gar gewert vnd beczalt sin mit der schulde, die sie vormals daruffe haben, on geuerde. Des czu orkůnde ist vnser jnsigel

an diessen brieff gehencket. Vnd wir graf Rudolff von Wertheim, stathalter zu diser zite dez dechants zům thůme, vnd daz cappitel gemeinlichen dez vorgenanten stiffts zu Wirczbůrg bekennen ouch offenlich an diessem briue, daz alle vorgeschriben sachen vnd artikele mit vnserm guten willen, wiszen vnd virhengnisze zugangen vnd geschen sin; vnd gereden, dawider nicht czů tůn mit dheinen sachen in keine wisz, on alles geuerde. Vnd ist dez czů bekentnisz vnsers cappitels jnsigel czu vnsers vorgenanten herren jnsigel oůch an diessen brieff gehencket.

Der geben ist am donnerstag nach dem sůntage, als man singet cantate, nach vnsers herren Crists geburt druczehenhundert jare vnd darnach in dem achtvndnuenczigisten jare etc.

Vnd ich Hans von Bibra der junge obgenant rede, alle vorgeschriben stůcke vnd artikel, alse ferre mich die růren, fůr mich vnd alle myne erben stete vnd veste czů halden. Vnd des czu einem waren orkůnde vnd merer sicherheit, so han ich Conrat von Steinaůwe, Steinrucke genant, myn jnsigel an diessen brieff gehangen fůr Hansen von Bibra, mynen swager, vnd sine erben, wan hee eigens jnsigel nicht enhat.

Geben nach Crists geburt druczehenhundert jar, darnach in dem achtevndnuenczigisten jare, uff den sunnabůnt nest nach der dominiken, als man singet cantate.

Sigilli suspensi fascia membranacea tantum remanebat.

CCCXCI.

1398, die 28 julii.

Bischof Gerhart quittirt der Frau Elsebete von Dythenhoffen über richtige Rechnungsablage.

Wir Gerhart von gotes gnaden bischoff czů Wirczburg bekennen vnde tun kunt offenlich an disem bryffe allen den, dy in ansehen, horen ader lesen, daz vns dy erber ffrowe vor

Elsebete von Dythenhoffen eyne erbere, rechte, redeliche, kuntliche rechenunge von allem ynnemen vnd vzgeben, wy daz namen hat, getan hat, daran vns wol benuget, nach ist vns nach vnserm sthiffte nichtes schuldig bleibn. Davon so sagen vir dy vorgenante ffrowen, sy vnd alle yre erben vnd trůenhender fur vns vnd vnser nachkamen vnde stift quyt, ledig vnde las. Zů vrkunde, so ist vnser groszer jnsigel an dysen bryff gehangen.

Der geben ist nach vnsers hern Christi geburte thusentvnddrewhundert vnd in dem achtevndenuynzcigisten iare, an dem nesten suntage nach sancte Jacobes tage, des heilgen zcůlffboten.

Sigillum episcopi (Heffner l. c. tab. IX num. 1) fascia membranacea appendet in margine pluries fractum.

CCCXCII.

1398, die 26 septembris.

Dicze von Tungen übernimmt eine gegen Bischof Gerhart auf 221 Gulden lautende Forderung des Herman von Eberstein als eigene Schuld.

Jch Dicze von Tungen, geseszen zům Růszenberge, bekenne offenlichen an dijsem offen briffe vmb sulche zweyehundert guldein vnd einvndzwinzig guldin, die der ewirdige furste vnd herre herre Gerhart bischoff zu Wirczburg fur sich vnd sinen sthifft schuldig ist Herman von Eberstein vnd sin erben, darvmb er sin offen briffe hat, daz der vorgenant min herre von Wirczburg fur sich vnd sin sthifft die vorgenanten zweyehundert guldin vnd einvndzweinzig guldin mir Diczen von Tůngen zu miner schult zugerechent sin. Vnd ich, Dicze von Tungen vorgenanter, gerede vnd spriche fur Herman von Eberstein, daz er in dissem nesten virtheil jars, daz schirst kůmpt, sol widergeben nach data disses brifes den vorgenanten sin heuptbriff, den er hat vmb die vorgenanten zweyehundertvndeinvndzwinzig

guldin, oder sol sin qwitbriffe darfur geben, daran er min herren vnd sinen sthifft der egenanten guldin lossaget, an geuerde. Det er dez nicht, wanne ich mergenanter Dicze von Tungen gemant wurde von minem herren von Wirczburg oder von sinem sthiffte mit iren boten oder briffen zu husse, zu hoffe oder vnter augen, so gerede ich, ein knecht vnd fphert zu schiken gein Wirczburg in eins offen wirts hus vnd darinne zu leisten so lange, biz daz alle vorgeschriben briffe vnd artikel gefertiget vnd geantwurt werden, an geuerde. Dez zu vrkunde han ich obegenanter Dicze von Tungen min jnsigel zurůke uff dissen offen briffe gedruket.

Geben am důnerstage nest vor sante Michels tag, anno domino M CCC° nonacesimo octauo.

Sigillum DICZ · VŌ · DVNGEN, his literis chartaceis extrinsecus impressum, trabem transversariam tribus palis undulatis distinctam in scuto exhibet, galea capite humano pileato ornata superimposita.

CCCXCIII.

1398, die 5 novembris.

Herman Zentgrefe, Bürger von Nuwenstat, reversirt sich wegen des dortigen Kellerамtes, welches ihm Bischof Gerhart laut eingerückter Urkunde vom gleichen Tage um eine Schuld von 650 Gulden versetzt hat.

Jch Herman Zentgrefe, burger zu der Nuwenstat, bekenne vnd tue kunt an disem briue allen den, die in ansehen, horen oder lesen. Als der erwirdige in got vatter vnd herre herre Gerhart bischoff zu Wirczpurg fur sich, sine nachkomen vnd sine capitel mir vnd mynen erben die kelnery zu der Nuwenstat verseczt vnd verpfent hat nach sage dez briues, den ich vnd myne erben von im vnd sinem capitel doruber haben, der von worte zu worte hernach geschriben stet in solichem lůte:

Wir Gerh[art] von gotes genaden bischoff zu Wirczburg bekennen an disem offenne briue, das wir mit rate, gunst, willen vnd verhengnusz vnsrer lieben andechtigen grauen Rudolfs von Werth[eim], zu disen zyten stathalter dez techantz zum tume zu Wirczburg, vnd dez capitels gemeinlichen doselbinst Herman Zentgrefen, burger zu der Nuwenstat, recht vnd redelich schuldig worden sin vnd gelten sullen sibendhalbehundert gulden, gut an golde vnd swere genug an gewichte, fur solich schaczung, die vns zu vnserm teil fur sinen sone Hansen Zentgrefen antriffet vnd geburt zu geben. Vnd fur dieselben sibendhalbhundert gulden seczen wir demselben Herman Zentgrefen vnd sinen erben yn solich nuczunge, die Becze von Swinfurt vnd sine erben vns vnd vnserm stifte von vnsrer kelnery zu der Nuwenstat, die wir im dry jare verlaszen vnd verschriben haben, reichen vnd geben sol, also das der obgenant Herman vnd sine erben dieselbe nuczunge von Beczen oder sinen erben von vnsern wegen ufheben vnd innemen sullen. Vnd wanne dez eg[enanten] Beczen dry jare also usgangen sin uff vnsrer vorg[enante] kelnery, so sullen der eg[enante] Herman vnd sine erben nach usgang der dryer jare dieselben vnsere kelnery zu der Nuwenstat von vnsz vnd vnsers stifts wegen inhaben mit aller zugehorunge, gulten, renten, zinsen, gefellen, nichtz usgenumen, vnd sullen der nuczen vnd nyszen vnd inhaben in aller masze vnd wise, alz wir vnd vnserr stift die biszhier bracht vnd ingehabet haben, also lang, bisz wir vnd vnser stift die von im oder sinen erben widerlosen vmb die obg[enant] sibendhalbhundert gulden. Vnd hat auch sunderlich der obgenant Herman vnd sine erben vns vnd vnserm stift solich fruntschaft getan, das wir oder vnser stift dieselbe kelnery mit allen nuczungen vnd zugehorungen, nichtz usgenomen, widerlosen mugen vmb Herman oder sine erben fur die obg[enanten] sibendhalbhundert gulden in den dryen jaren oder dornoch, wenne oder welich zyte wir wollen, on geuerde. Czu urkund ist vnser insigel an disen briff gehencket. Vnd wir graue Rud[olf] von Werth[eim], zu disen zyten stathalter dez dechantz zum tume, vnd daz capitel gemeinlichen

doselbinst bekennen auch sunderlichen an disem briue, das alle obgeschriben stucke, buncte vnd artikele mit vnserm guten willen, gunst vnd verhengnusz zugangen vnd geschehen sin, gereden vnd geloben, dowider nicht zu thun, heimlich nach offenlich, in keine wise, on alles geuerde, doch vnschedelich vnsern guten, die sunderlichen zu vnserm capitel gehoren. Czu urkund ist vnsers capitels jnsigel auch zu vnsers obg[enanten] herren insigel an disen briff gehencket.

Der geben ist nach Crists geburt driczehenhundert jare vnd dornoch in dem achtvndnunczigisten jare, am nehsten dinstage nach aller heiligen tage.

Also gerede ich obg[enanter] Herman vnd gelobe in guten truwen an diesem briue fur mich vnd alle myne erben, alle obgeschriben sachen, nachdem als vor begriffen vnd geschriben ist, stet, veste vnd vnuerrucket zu halten vnd dowyder nicht zu thun oder zu komen mit dheinen sachen, in keinerhande wise, on alles geuerde. Vnd habe dez zu bekentnusz fur mich vnd alle myne erben min jnsigel an disen briff gehencket.

Der geben ist in dem jare vnd an dem tage, als vor stet geschrieben.

Sigillum HERMAN · CENTGREFE, quod forficem in scuto exhibere videtur, fascia membranacea appendet.

CCCXCIV.

1398, die 17 novembris.

Bischof Gerhart bekennt, dem Mertin von Mergentheim und dessen Gattin Grete Vnmuszin 600 Gulden zu schulden, und versetzt ihnen hiefür das Schloss Hornburg.

Wir Gerhard von gotis gnaden bischoff zu Wirczpurg veriehen vnd tun kund allen den, die disen briff ansehen, lesen oder horen lesen, das wir vnde vnserr stifft recht vnde redelichen

schuldig worden sein vnd gelten sollen dem vesten kneht Mertin von Mergentheim, hern Wyprechten Mertins sun, Greten Vnmuszin, siner husfrauwen, vnde allen iren erben funfthalbhundert rinesche gulden, die alle gut sein am golde vnde swer gnug am rechten gewicht. Vnde die schulde geet zů von verseszener gult wegen von dem gelt, das sie vns uff Hornburg gelihen haben. Auch sin wir yn anderhalbhundert gulden der vorgenanten werunge schuldig, die der obgenant Mertin an dem slosze zu Hornburg verbuen hat uber die dryhundert gulden, die der obgenant Mertin in dem slosz zu Hornburg verbuen solt. Daz machet also sechshundert guldin. Vnde die ietzgenanten schuld sollen sie uff dem obg[enanten] slosz Hornburg haben vnde waz dorzů vnde dorin gehort, vnde sol auch alles ir pfant dofur sein. Vnde die ietzgenanten guldin alle sollen wir vnd vnser stifft dem obgenanten Mertin, Greten, siner husfrauwen, oder irn erbin gutlichen vnde schon richten, wern vnde bezalen uff sand Peters tag kathedra, der schierst kumet, oder in den nehsten virzehen tagen dornoch an iren schaden, on geuerde. Vnde die bezalung sollen wir in tun zu Rotenburg in der stat, an welchen enden sie wollen, vnde zu dem Rotenburg, das gelegen ist uber der Tuber, oder in dry mylen dorumbe, am welchen ende sie wollen, do danne die vnsern die bezalung von vnser wegen sicher getun mugen. Vnde des alles zu einem waren vrkunde, so geben wir fur vns vnde vnsern stifft dem obgenanten Mertin, Greten Vnmuszin, siner husfrauwen, vnde iren erbin disen briff, versigelt mit vnserm anhangenden jnsigel, domit wir vns vnde vnserin stifft verbunden, sted zu halten, waz an disem briff geschriben vnde mit worten begriffen ist, an geuerde.

Der briff geben am suntag nach sand Mertins tage, do man zalte von Crists geburt druzehenhundert jar vnde in dem achtvndenuntzigistem jare.

De mandato magistri curie
Ottonis de Hespurg.

Sigillum deest, membrana ei suspendendo incisa.

tor vnd türn einantworten vnd geben sollen, als das herkomen ist, an alle widerrede, hindernusse vnd verczug; vnd sol das gescheen vff stund vnuerczogenlich. Vnd sollen ouch die egenanten stete halten diese stucke vnd artikel, die hieuor vnd nach geschriben steen an disem brife; vnd sollen darynne einen redlichen bestalt tun nach der huldunge dem vorgenanten bischoff, seinem stifte vnd den seinen, das das also bleibe gehalden.

Jtem wann der egenant stifte mitsampt dem stifte zu Meincze ewiclichen zu der cronen zu Beheim vnd dieselbe cron widerumb zu dem iczgenanten stiften verbunden sein, so sollen wir vnd wollen durch frides vnd gnaden willen dem egenanten Gerharden bischoff zu Wirczburg vnd dem lande vnd steten des stiftes ein getrewer vorweser sein. Vnd sol ouch derselbe bischoff vnd sein capitel eines hauptmans vberkomen vnd einwerden von vnsern wegen. Derselbe hauptman, wenn der wirt, beholfen sol sein, jm lande tecze, zolle oder vngelt vffczuseczen, domit man des bischofs vnd stiftes vorgenant schuld muge vorgelten nach rate des obgenanten bischofs vnd des capitels, wie sie des mit dem hauptman also vberkumen. Vnd sol doruff der punt vnd die eynunge ab sein; vnd sollen ouch die brife vber den punt vnd vber die eynunge dem bischoff vnd seinem capitel widerantwurten vnd geben vff stunt vnd an alle widerrede.

Jtem vmb daz vnrecht vnd freuel, das die stete an dem egenanten bischoff, seinem stifte vnd den seinen, geistlichen vnd werntlichen, getan haben, sollen sie karnung vnd wandel tun nach vnserm rate vnd gnaden. Vnd sollen alle gefangen, ir burgen vnd brife vff beiden seiten ledig vnd loze sein vff ein slechte vrfehe. Alle schaczunge vnd gedignusse sol ouch ab sein. Vnd doruff sol man ouch dem bischoff das sein, mit namen die puchsen, die sie genomen haben, sie sein kleyn oder gross, vnd andere sachen, was dann vorhanden ist, widergeben, an geuerde. Vnd das der pan werde abgetan, dorzu sol der bischoff seinen willen tun. Ouch als wir in dem fordern vnserm vsspruche geschiden haben, das alle krige, misshelunge, vffleusse[1]), scheden

vnd ander czweyung, wie sich die vnder in beider seiten bis vf disen hůtigen tag vorlauffen, ab sollen sein, das leutern wir anderweit in disem vsspruche, als vor vnd nach in disem brife geschriben stet. Ouch ab vf beider seiten gefangen zu glubden, eiden oder brifen anders denn vff ein slechte vrfehe gedrungen weren worden, das sol tot vnd ab sein vnd sol furbasmer dhein macht haben. Ouch sollen wir vnd der hauptmann von vnsern wegen dem obgenanten bischoff, seinem stifte vnd den seinen, geistlichen vnd werntlichen, beholfen sein, wo man sie vorvnrechten wolte, an geuerde. Vnd sol ouch derselbe hauptman tun nach rate des egenanten bischofs, seines capitels vnd stifftes, was den stifte anruret. Vnd welich teil das breche vnd vberfure, das sol vns vnd dem reiche vnd dem teil, an dem verbrochen were, geben zu pene tausent mark goldes, doch vnschedlich den andern brifen, priuilegien des bischofs vnd stifts. Vnd wir sollen ouch demselben teil, der nicht verbrochen het, beigestendig vnd beholfen sein vnuerczogenlich mit aller vnser vnd des reichs macht, an geuerde.

Vnd was wir beiden parteyen vormals briue von der obgeschriben sachen wegen geben haben, die scheiden vnd sprechen wir abe in crefften dicz brifes mit rechter wissen vnd kuniclicher mechte also, das die furbasmer dhein craft oder macht haben sollen; vnd sollen ouch dieselben brife, was ir die stete haben, dem bischoff vnd dem capitel zu Wirczburg vorgenant genczlich vnd gar geantwurt vnd furbas nymmermer vornewet werden.

Vnd sol ouch dise gegenwurtige lewtrunge, die in disem brife von vns vsgesprochen vnd benennet ist, vnser leczter vspruch, schiedung vnd leutrung sein also, das wir von derselben sachen wegen, nachdem als die an vns komen ist, nichcz mer vssprechen, kurczen, lengen oder leutern wollen, sunder wir haben in disem gegenwortigen brife begrifen, vsgesprochen vnd geleutret zuleczte vnd gruntlich vmb alle obgeschriben sachen, dobey es vnwiderruflichen sol bleiben. Mit vrkunt dicz brifes, versigelt mit vnserer kuniclichen maiestat jnsigel.

an geuerde. Dez zu vrkunde vnd einem warn gezugnisze, so haben wir obg[enante] grauen vnser ieglicher sin jnsigel an diesen offen brief tun hencken.

Der da geben ist in dem jare vnd an dem tage, alz vor geschrieben stet.

Tria sigilla fasciis membranaceis appendent, quorum primum, sigillum JOH · COMITIS · DE BVRG, et secundum, HEINRIC' · COM' · IN · SWARCSB, utrumque galeam leone procrescente ornatam in area, tertium, GVNTHER · GREVE · V · SWARCZ, leonem erectum in scuto exhibet.

CCCXCVIII.

1399, die 18 maji.

Bonifacius IX papa mensae capituli wirziburgensis incorporat ecclesias parrochiales Cleinossenfurt et Bybert, quarum iura patronatus usque ad illud tempus abbatissae et conventus monasterii in Kiczingen, ordinis s. Benedicti, fuerant.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, ad futuram rei memoriam! Sedis apostolice prouidentia circumspecta circa statum ecclesiarum capitulorum et locorum ecclesiasticorum omnium salubriter dirigendum prospicit diligenter et ecclesijs ac locis ipsis, ut in eorum necessitatibus releuamen suscipiant, se gratiosam exhibet et benignam. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie herbipolensis petitio continebat, quod fructus, redditus et prouentus ipsius ecclesie herbipolensis ad communem mensam ipsius capituli pertinentes adeo sunt tenues et exiles ac ex causis uarijs diminuti, quod dicti capitulum de eisdem onera eis incumbentia supportare debitaque persoluere et sustentari non possunt iuxta decentiam sui status. Quare pro parte dictorum decani et capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut statui ecclesie et capituli predictorum pio compatientes affectu parrochiales ecclesias in Clein-

